Österreichische
Nationalbibliothek

digitalisiert mit Google

# Thermographia Budensis, seu scrutinium physicomedicum aquarum mineralium Budae scaturientium

Nottenstein
Budae 1729

Signatur: 70.F.20
Barcode: +Z183616408
Zitierlink: http://data.onb.ac.at/ABO/%2BZ183616408
Umfang: Bild 1 - 188

## Nutzungsbedingungen

Bitte beachten Sie folgende Nutzungsbedingungen: Die Dateien werden Ihnen nur für persönliche, nichtkommerzielle Zwecke zur Verfügung gestellt. Nehmen Sie keine automatisierten Abfragen vor. Nennen Sie die Österreichische Nationalbibliothek in Provenienzangaben. Bei der Weiterverwendung sind Sie selbst für die Einhaltung von Rechten Dritter, z.B. Urheberrechten, verantwortlich.

Hinweis: Das Dokument enthält hinterlegte Textdaten, die eine Suche in der Datei ermöglichen. Diese Textdaten wurden mit einem automatisierten OCR-Verfahren ermittelt und weisen Fehler auf.

ET EXCOLIT

LIOTHEK
ALBIBLIOTHEK

. 20





KAISERLICHE KOENIGLICHE HOFBIBLIOTHEK WIEN

# THERMO-GRAPHIA BUDENSIS,

SEU

# SCRUTINIUM PHYSICO-MEDICUM AQUARUM MINERALIUM BUDÆ SCATURIENTIUM,

De

Earum Origine, Situ, Antiquitate, Numero, Mineralibus, Virtutibus & uſu Medico, tam interno, quám externo, per frequentia Mechanico-Spagyrica experimenta & multiplices easque proprias per novemdecim nunc annorum decurſum obſervationes Medico-Theoretico-Practicas elaboratum & bono publico *in lucem datum*

PER

D. LAURENTIUM STOCKER,
Philoſophiæ & Medicinæ Doctorem Sacræ Cæſ. Regiæque Catholicæ Majeſtatis Præſidii ac Regiæ Liberæ Metropolitanæ Civitatis quondam Phyſicum ordinarium.

BUDÆ,
Typis Joannis Georgii Nottenſtein, M. DCC. XXIX.

# ILLUSTRISSIMO DOMINO DOMINO

# FERDINANDO ANTONIO

Libero Baroni â Laſtert Sacratiſſimæ Cæſareæ Regiæque Majeſtatis J. Cameræ Hungaricæ Seniori Conſiliario ejusdémque Cameræ Vice-Præſidi, &c.

*Nec non*

# SPECTABILI, AC MAGNIFICO DOMINO

# JOSEPHO HUNNYADI DE CSERENYE

Sacræ Cæſareo Regiæque Majeſtatis J. Cameræ Hungaricæ Conſiliario &c.

*Dominis Dominis nobis Gratioſiſſimis.*

## Illuſtriſſime Domine Baro,

## Spectabilis, ac Magnificæ Domine,

Domini nobis gratioſiſſimi!

SEcundò prodit liber hic, ſed ſub auſpiciis veſtris Patroni gratioſiſſimi! omine verè ſecundo prodire amat, tum, ut per gratiam veſtram magìs placeat Lectori, proſítque tandem, cùm etiam, ut habeat, per quos contra Adverſarios potentiùs protegatur. Et utrúmque certò feliciter ſe obtinuiſſe lætabitur, ſi in eo ſupra titulatæ Dominationes veſtræ ſibi complacere dignabuntur; Quem igitur, ut gratiosè admittere, atque inſimul favere velint, demiſsè inſtat, qui eum, Thermographiam hanc nempe Budenſem, nominibus veſtris ex debito humillimè offert, dedicátque.

Illuſtriſſimæ, nec non ſpectabilis, ac Magnificæ, Dominationum veſtrarum.

*Humillimus*
Magiſtratus Budenſis.

# AUTHORIS
## PRÆFATIO AD LECTOREM.

*ERat Hieroſolymis Piſcina probatica, hebraicè: Bethſaida dicta, quod nomen interpretatur ab Hieronymo Laureto; domus, ſeu locus effuſionis, idque ex eò, quòd in locum illum multis undique ſubterraneis ductibus aquæ diffuſæ in piſcina colligerentur, quod vocabulum ſic ſentiente prædictô Lauretô ad omnes aquas in ſtagnum collectas, ſive frigidæ ſint, ſive calidæ, extenditur. Hæc piſcina quinque habet porticus, ſive ædes fornicatas, in quibus ægrotantes ſe ſanitatis causâ loturi demittebant, quod affirmat Cyrillus inquiens: erant circà ſtagnum quinque porticus propter pauperum, ægrorúmque cõmoditatem, qui ſanitatis recuperandæ causâ, illuc ſe recipiebant, & ſanabantur per virtutem aquæ, huic per commotionem, ſeu, ut alii volunt, per turbationem ab Angelo factam, Divinitùs inditam. Similis profectò Bethſaida Regia Buda Hungariæ Metropolis omninò dici meretur, ad hanc námque feliciſſimam Civitatem per ductus ſubterraneos aquæ ſalutares, non quidem divinitùs, & ſupernaturaliter tales, mineralium eas ingredientium viribus imprægnatæ ægris ſanitatis causâ huc confluentibus dicatæ, in quibus collectæ, ac promptæ in uſum hominum concluduntur, quarum primæ ſunt ſub monte S. Gerhardi, ſecundæ propè pontem Civitatis, tertiæ Raſcianicæ, quartæ in Civitate aquatica, qnintæ inter novam, & veterem Budam Cæſareæ dictæ, ad qnas copioſi ſanitatis ergò confluunt, ac per virtutem aquorum hactenùs alienigenis minùs cognitam indies reconvaleſcunt; Felix itaque Bethſaida Buda! utpote multis millibus ægrorum ſacra ſalutis anchora, & optatum morbô oppreſſis refugium, in cujus Phyſicum ordinarium poſtquàm â Sac. Cæſar. Majeſt., Regiáque, ac libera Civitate ſuſceptus multotum precibus auſcultans, ut thermarum vires inquirerem, me tandem accinxeram. Hinc miſeriâ tam multipli-*

*tiplicium indies in thermis commiſſorum, ac pretioſitate aquarum harum mineralium adductûs indignabar non immeritò tantum ſanitatis, ſponte miſerantis Dei juſſu abſque hominum induſtria in gratiam miſerorum ægrotantium ex oppulento naturæ ſubterraneæ gremio prodeuntem theſaurum longâ annorum ſerie oſcitantiâ, & ignaviâ hominum intelligentium inter ignorantiæ limites quaſi ſepultum latuiſſe; unde, ut eum ex profundo latibulo in apricum producerem, ac proximi utilitati conſulerem, huic operi primas aptare manus decreveram, non obſtante tenuitate meâ, quâ eò pertingere non valui, nec volui, ut placerem, ſed ſufficit mihi prodeſſe proximo, non enim ſedet animo concinnare ornatas latinitatis periodos, nèc verborum lenociniis aures titillare, verùm ſcribere res ipſas, quibus, & veritati, attentus ornatæ conſtructionis, fateor, oblitus ſum. Quod autem de fontium, aquæ dulcis, mineraliúmque origine, quod mùltis forſan ſupervacaneum eſſe videbitur, hac in materia tractaverim, illos imitatus ſum, qui circà nucleum rerum verſantes, res omnes ad ſuas origines, & principia reduxêre, ut ex radice, generationíſque modo eorum quidditas manifeſtior redderetur. Si verò in aliquibus Octaviani cenſurâ dignus videbor, qui Marcum Antonium inſaniei arguebat, quòd quaſi ſcripſerit ea, quæ nemo intelligeret, id rebus magis qua mihi imputandum? utpotè, qui, quantum res admiſerant, omnia ad cujusque captum exemplis, inſtantiis, experimentis, & ſimilitudinibus deduxeram, ac inſuper, quamvis re ipsâ nihil diſcrepantibus, ut magis intelligere, terminis minùs ad veram Philoſophiam pertinentibus uſus ſum, quemadmodùm Capit. de Generatione mineralium liquamen quoddam vitriolicum pro vero mineralium, & metallorum principio locò entis ſulphureo-mercurialis ſuppoſueram; quamvis Capit. de perpetuitate aquarum mineralium, & de ſale univerſali centrali-aërico non nihil ſenſum meum explicaverim, quem in finem propriò, eóque pro hoc opere, ſatis protractè de ſale univerſali Hermetico, capite egeram. Ratio ſecnnda eſt, quòd ens hoc mirabile per univerſum diffuſum vulgò ferè incognitum, ut fundamentalis & certa in rerum naturalium condo exiſtentia innoteſceret*

)( 3 3tia,

3tio, *ut hunc meum tractatum, cujus multa in eo nituntur fundamenta faciliùs intelligerent omnes, qui minùs in ſpagirica, phyſicáque verſati ſcientia. Fuſitatis quoque vitiô immunis vix ero, ſed cogitet artium naturalium gnarus Lector, maximum eſſe corpus naturæ, adeóque & membra corpori proportionata non poſſe eſſe parva, niſi forsán abortiva, ſcilicet obſcura nimis, & vix ulli perceptibilia, quod nonnullis hyeroglophicè ſcribentibus, obtigit, mundo potiùs imponere, quàm ad veram ſcientiam diſponere, contrà quam technicam ſcripturam mens mea ſincera militat, utpote, quæ nullis obeſſe, neque ullis imponere, verùm omnibus prodeſſe, & ad veram curæ thermalis methodum diſponere ſatagít, & intendit. Quòd verò integras morborum curas, ac medicamentorum formulas cum ſuis medico ordinario meritò relinquendis cautelis non adduxerim, huícque tractatui inſeruerim, id ob varios, quos vereor, abuſus exinde futuros factum eſſe bene conſulat benevolus Lector, conſiderétque me ſcitu neceſſaria nullo modô prateriiſſe. Nec temerariô auſu verenda veterum dogmata rejicere præſumpſi, neque in eorum omninò juraveram verba, ſed bona, magíſque probabilia utrobique amplexus ſum, auſpicabar námque mediô me tutiſſimum iturum, juxtà illud:*

*Nam ſtulta invidia eſt, cui cuncta recentia ſordent,*
*Invida ſtultitia eſt, cui nova ſola placent.*

*Recentiorum verò ingenio ſi tantillum magis adhæſero, mihi ignoſcere dignentur venerabiles ſenes, tanta ſiquidem nupernô felici ſæculô adinventa, in medicina rectè facienda revelata ſunt, ac iteratâ experientiâ etiam auttoptica comprobata, ut pardus eſſe videatur, qui iisdem obſtinaciter recalcitrare vellet. Si è contra Juniorum prurienti in novitates palatui minùs ſapida propoſuero, advertendum me non ingenii oſtentandi animô curioſa, & futilia, minúsque experientiæ correſpondentia, quibus animi potiùs in novitates relaxati, quàm rebus ipſis intenti, delectantur, totúsque ferè modernus orbis refertus eſt, effutiiſſe; ſed ſeria, vitam, & ſanitatem hominis concernentia, eáque ad gloriam Dei, & proximi emolumentum ſcripſiſſe, quem finem ſi aſſecutus fuero, nil ampliùs remunerationis expecto. Hinc neque illorum, qui fucis, & dolis delectantur, bona quæcunque, quæ ipſi non intelligunt, carpendo ſe ſolos ſapere rudi plebeculæ obtrudunt, & verboſâ garrulitate ſcientiam mentiuntur, omnéſque libros, antequam Authoris agnoſcunt intentionem,*

*aut*

*aut ſcripta intelligunt, altò ringuntur ſupercilio, rigoroſas tantillum curo cenſuras, jacula námque praviſa minùs feriunt. Cordatorum verò Virorum, ſi quid minùs naturæ, & veritati conſonum, hoc in libello offenderint, ſaniora conſilia, venerabundâ reverentiâ, gratóque amplectar animô, non enim ſum ità contumax habituali quaſi obfirmatus pertinaciâ, ut proprio confiſus ingenio, veritati magis contermina proferenti reluctер, imò indies diſcendi cupidus veris, aut ſaltèm probabilioribus tantum abeſt, ut adſtipulari recuſem, quin potiùs cuivis rerum naturalium myſtæ gratas præbeam aures. Supereſt, ut ſanctæ quoque Matris Eccleſiæ ſim memor, cui ſi quædam hoc in Tractatu contrà intentionem meam minùs congruentia continerentur, me deliquiſſe toti mundo confiteor, ac omnia, ſi quæ ſint, revoco, totúmque libellum ad pedes ejuſdem proſtratum cenſuræ Theologicæ ſubmiſſiſſimè ſubjicio, nam, ud bene concludit Ambroſius Marlianus in Theat. Polit.*

> *Qui colit Eccleſiam, felici navigat aurâ,*
> *At qui contemnit, tendit ad exitium.*

*Hæc ſunt, quæ præliminariter ad operam meam dicta eſſe volui, vale nunc Lector benevole, & hunc mei laboris fœtum ſecundo-genitum per otium, aut ſic ferente neceſſitate legere, & æquum deſuper ferre judicium non dedigneris, atque utere eo ad propriam, aliorúmque ſalutem, quam Deus ter opt. max. ſuâ immensâ clementiâ, & largitate per has aquas ſalutares in homines redundare voluit. Hunc librum ſequetur tractatules de thermis Budenſibus in gratiam rudioris plebeculæ Idiomate germanico, & fors etiam poſthac Hungarico ſcriptus.*

# INDEX
## CAPITUM.

Caput I. De fontium Origine. Pag. 1.
Caput II. De origine aquarum mineralium ſeu medicatarum. 7.
Caput III. De terra magnetica Sacra. 20.
Caput IV. De calore thermarum. 22.
Caput V. De perpetuatione Virium aquarum mineralium. 28.
Caput VI. De Spiritu ſeu Sale univerſali, centrali, terræ & aëreo. 35.

Ca-

Caput VII. De Buda ejusque Origine, Authore, ætate, ſitu, & ſitûs commoditate. 44.
Caput VIII. De thermarum Budenſium Origine, nominibus, nummero, ſitu, & ſtatu priſcis temporibus. 48.
Caput IX. De thermis Budenſibus, ut moderno hôc tempore ſuper ſunt, earum ſitu, numerô, antiquitate ſcaturiendi modo aliisque notatu dignioribus. 52.
Caput X. De thermarum Budenſium mineralibus in ſeparatione partium ingredientium per evaporationem, deſtillationem, putrefactionem, calcinationem aliasquè operationes Spagyricas, tam mechanicas diverſimodè obſervandis in genere. 58.
Caput XI. De mineralibus quarumlibet thermarum in ſpecie. 79.
Caput XII. De præexiſtentIa reali dictorum mineralium in aquis noſtris medicatis. 82.
Caput XIII. De mineralium thermas noſtras ingredientium indole ſeu natura differentia & viribus. 84.
Caput XIV. De mineralium thermas noſtras ingredientium mixtura & combinatione. 96.
Caput XV. Thermarum Virtutes complectitur ſummatim. 100.
Caput XVI. De iis quæ circa Methodicum thermarum uſum externum obſervanda. 110.
Caput XVII. De Methodico thermarum Uſu interno, ſeu de thermopalatione. 120.
Caput XVIII. De Embrocha, ſeu Stillicidio, Laconico, injectione, & uſu luti nigri. 127.
Caput XIX. De Symptomatibus, in balneo & potu accidere ſolitis. 131.
Caput XX. De Diæta balneantibus obſervanda. 140.
Caput XXI. Brevis admonitio, quid abſoluta totius Curæ Periodô obſervandum ſit. 152.

CA-

# CAPUT I.

## De Fontium Origine in genere.

§. I.

ANtequàm ſecundum intentum noſtrum ad aquarum mineralium ortum, & geneſin accedamus, fontium originem, earúmque perpetuitatem breviter præſtringere conſultum eſſe duxi. Patet autem ex ſacris Eccleſiaſt. I. v. ſeptem fontes, & flumina ex mari aquarum promtuario prodire, ac iterùm emenſo tandem itinere in priſtinum relabi thorum, qui itus, & reditus aquarum, cum hactenùs perſpicaciſſima etiam Philoſophorum ingenia anixa reliquerit, quomodo, quibusvè auxiliis indeſinenter promoveatur, & aquæ montes omni marium ſuperficie altiores conſcendere queant, inquirendumvenit.

§. 2. Contravertuntur hac in materia Authorum ſententiæ, aliqui namque eorum oſtra attrahentia, ut: *Laërtius*, *Seneca*, &c. alii terræ ſitientis ſpongioſitatem, alii proprium in meatibus ſubterraneis aquæ niſum progreſſivum absque reſpectu inferioritatis, & ſuperioritatis deſumpta ſimilitudine à microsmo: in homine etenim, quamdiu ſanguis in venis fluctuat, infrà- & ſuprà- neſcit, cujus ſunt ſententiæ Helmontiani. Alii ventorum ſubterraneorum impulſum, ut *Scaliger*. Alii aquarum in Oceano pondus, aut ipſius etiam terræ aquas, qua data via, exprimens, ut *Plinius*: hujus aquarum circulationis cauſam eſſe arbitrantur, hícque vel per tractationem, vel impulſionem, quibus mediis omnis rerum inanimatarum fieri motus creditur.

§. 3. Verùm miſſis horum eximiorum naturæ ſcrutatorum ſententiis, utpotè, quæ minùs probabiles videntur, liceat remotis litibus, & controverſiis meum circà hunc aquarum motum, mirabilem proferre ſenſum, ut mihi præprimis ſubtiliſſimus *Scaliger* exercitatione. 46. & cum eo *Plinius* lib. 2do hiſtoriæ naturalis cap. 65. ſuggerunt, ubi hic ponderi, ille verò ventis ſubterraneis aquarum tribuit circuitum, adeóque aëris, & ponderis prementis, ſeu incumbentis quoque aquas eſſe in motu continuo, at ventis ſubterraneis aquarum tribuere propulſum paradoxum eſſe non difficulter conjicimus, ſtante ſiquidem hac hypotheſi in ſcaturiginibus ventos indies unà cum aquis prorumpere conſentaneum foret, quod experientiæ repugnat, pondus verò, quod concernit terræ, ut aquarum Oceani pariter in dubium revocatur, cum graviſſimorum etiam virorum ſententiæ, quæ aquas in loco proprio gravidare multis experimentis adducti, rotundè negant, terram verò tanquam corpus ſolidum aquas in meatibus ſubterraneis contentas protrudere, & exprimere adeò ineptum videtur, ut refutatione indignum ſit, aliud itáque pondus, aliudque propellens inveſtigandum erit.

§. 4. *Juſtus Lipſius* in Philoſophia ſtoica lib. 2. cap. 6. verba Plinii magis correcta proponit, Plinii enim verba ſic ſonant: *Aqua in ſumma juga Spiritu actu, & terræ pondere expreſſa ſyphonum modò emicat*, prædictus Juſtus Lipſius illud ly: *terræ* omittens, *pondere* tantum adducere voluit, ubi autem, & in quo pondus illud lateat, nobis nunc inquirere incumbit, quod vix alibi, quàm in aqua marina, ſeu mole potiùs aquarum oceani, & athmoſphæra ei perpendiculariter innitente quærendum eſſe exiſtimo, aër namque, quà latè per athmoſphæram patet, gravitate, víque ſuâ elaſticâ, ſeu expanſivâ aquarum ſuperficiei incumbens, & aquæ in faſto profundóque oceano limitibus terræ concluſæ pondere ſuo poſteà probando ad barathrum, ſeu abyſſum ſtagnantes, quà patent meatus, exprimunt, & propellunt, ſicque fontes vertunt aſſiduos.

§. 5.

§. 5. Cùm autem gravis nunc inſurgat difficultas plurimorum Authorum aquis in mari tanquam locò proprio, aërique ſimiliter poſitivam derogantium gravitatem, quomodo nimirùm ſtante hypotheſi preſſura ſua tantam aquarum, & fontium copiam per loca etiam ſalebroſa, & ſublimiora omni oceano diffundere poſſint? quæ difficultas non levis videtur eſſe momenti, dilluenda tamen eſt; notandum itáque, mare circà ſuperficiem eſſe ſalſum, circà barathrum verò dulce, ut mecum ſentit doctiſſimus Kifferus *de thermis viſporum*, & âb urinatotibus experientiâ compertum eſt, utpote, qui, quò profundiùs merguntur, eò magìs deficere ſalſedinem perhibent, aquam verò ſalſam dulci eſſe graviorem, quod vel ipſa docet experientia, unde aquæ maximè ſuperficiei propriores, eas, quæ circà barathrum, premere, & per patentes terræ meatus exprimere, ſicque continuatô impulſionis niſu ad ſuperficiem terræ usque propellere, ut neceſſitate quadam altiſſimos etiam conſcendere nitantur montes, non obſcurè percepimus, modò forsán non abſimili, quò oleum vaſe vitreô contentum, quòd ſi nullâ arte fieri poſſit, nè oleum ad ſuperficiem per aquam aſcenderet, âb aqua, utpotè oleô graviore, depreſſum per roſtrum ipſo vaſe altiùs regurgitaret: quod meliorem ſucceſſum habebit, ſi vitro ſatìs craſſo, & denſo ſuperponatur capitellum rotundum, ac lutô undique claudatur, ut aëris impediatur egreſſus, lentô deinde ad capitellum admotô calore aër rarefactus anguſtiæ vitri impatiens, oleum circà fundum expanſionis niſu, cooperante aquæ gravitate, extrudet per canalem.

§. 6. Similiter aquæ marinæ ſalſæ coöperante aëris pondere, paulò poſt probandô, dulces ad barathrum modô ſuperiùs dictô gravant, & deprimunt, ut coërctatione iſtâ quaquà versùm anfractus terræ ſubeant, usque dum tandem continuatâ vi impulſivâ in ſuperficiem terræ regurgitent, quod ſacra Bib. Job. cap. 38. v. 30. confirmare videntur, ubi aquas in ſimilitudinem lapidis indurari, & ſuperficiem abyſſi conſtringi legitur. Sed



dicse

dices forsàn; leviora ſemper ſuperficiem petere, quomodo ergò fieri poteſt? quòd aquæ ſalſæ, utpotè dulcibus graviores in ſuperficie hæreant relictis levioribus circà fundum? ubi notandum, mare circà barathrum bituminoſis, uliginoſis, & viſcoſis particulis eſſe refectum, has autem ſalſæ particulæ, licèt graviores permeare nequeunt, quemadmodùm aqua ſalſa magìs ſupernatat vino dulci, quàm auſtero, & acido, quia vinum dulce majori uligine, & viſcoſitate, magíſque pingui, ac quaſi bituminoſô, tenaciori ſuccô conſtat, quàm vinum auſterum & acidum, ubi, licèt aqua ſalſa ſit gravior, deſcendere tamen non valet intrà vinum, niſi partes illius ſursùm extrudat, quod autem præſtare non poteſt, niſi illud dividat, & permeet, at difficiliùs dividuntur, permeantur partes vini magìs uliginoſi, & viſcoſi, quàm magìs ſalini, unde quid mirum? aquam ſalſam illi, quàm huic, magìs innatare, quod idem de aqua marina ſentiendum.

§. 7. Quod autem de Urinatoribus circumferunt, eos nimirùm ad fundum demerſos ſuperincumbens aquæ pondus non ſentire, tanti momenti non eſt, ſiquidem aquæ pondus à latere compreſſivum ſic nihil, aut parum ſentiunt, cùm tamen lateralis aquæ niſus vel ipſo Horizontali aquarum meatu ex abruptò adaperto ad oculum docetur, ubi maximo cum impetu aquas erumpere experimur, ut graviora etiam quæquæ corpora propellant, ſecúmque rapiant, utpotè limitum compreſſionis impatientes. Deinde eadem rediret quæſtio de aëre, cujus tamen gravitatem poſitivam acuratiſſimi viri tantùm non millenis comprobant experimentis, quam tamen utpotè nobis continuò incumbentem minimè advertimus, ob eandem planè rationem.

§. 8. Aëris autem gravitatem poſitivam firmis qui comprobant experimentis, ſunt inprimis *Reverendus P. Schotus S. J. in mechanica; Bartolinus de pulmorum ſubſtantia, & motu; Riciolus, Merſenus, Boyle*, & alii quàm plurimi; immò & ipſe *Ariſtoteles lib. 4. de cœlo*, gravitatem aëris experimentô probat, dum inquit:

uter

ter inflatus gravior eſt, quàm compreſſus, quod étiam confir-
ıat vas vitreum 30. menſurarum capax. *Etmullero diſput. de*
*ſpirat. hum. negat.* adſtructum, quod unciâ unâ, & tertiâ unciæ
arte levius fieri teſtatur, ſi aër exhauſtus eſt, quàm antè, dum
rat aëre plenum; immò ipſe Spiritus S. Job. 28. verſ. 25. ven-
s pondus tribuit; ventus autem quid eſt aliud? quàm ex qua-
unque cauſa plùs, minùs commotus, & agitatus aëri, ut ſæpiùs
ı ſacris ventus pro aëre accipitur, qui verſus vix non ad ocu-
ım noſtram comprobat ſententiam, utpotè qui Deum ventis
:ciſſe pondus primò innuit, illicóque ſubjungit: *& aquas ap-*
*endit in menſura;* quid autem hoc eſt aliud? quàm aëri inditum
ſſe pondus, & aquas limitibus terræ concluſas in oceano com-
reſſione, & depreſſione mirandæ coäptaret circulationi.

§. 9. Præterea luce clarius patet gravitas aëris in inſtru-
ıento Tarcilliano, aliísque âb authoribus ſtaticis paſſim traditis
t & in hoc delineato, ſi námque in ſcaphium *A.* mercuriô vivô
el aquâ repletum immergatur thermometrum *B.*, itidem li-
uore prædictô alterutro ſuprà medietatem repletum ſubitò ob-
erſô pollice, ut argento vivo exitus, aëri verò ingreſſus præ-
ludatur, argentum vivum thermometro ad radicem montis cu-
ısdam altiſſimi poſito aſcendet ad punctum *E.* eô autem ad ver-
icem montis delatô deſcendet ad punctum *D.*, cujus eventus ad
ıentem Baylei, aliorúmque alia non eſt ratio, quàm cylindri
thmoſphærici argento vivo in ſcapha *A.* contento perpendi-
ulariter incumbentis in faſtigo montis abbreviatio, ſiquidem
ylindrus aëreus à pede montis altiùs longè protenditur, quàm
à cacumine, ſeu vertice, unde & pondere auctô liquo-
um in ſcalpha magìs deprimens reliquum altiùs in thermome-
rum impellit.

§. 10. Ex hoc luculenter conſtat aëris poſitiva gravitas,
ıinc & gravitate ſua, ut in thermometro recta ſursùm, ita feli-
iùs aquas marinas in terram per fundum & latera, ſuperficiem
omprimendo, diffundere. Nec rarefactioni aëris liquorem
in

in thermometro in ſummo montis deprimenti tribuendum eſt, ſiquidem in altiſſimis montibus frigus potiùs aërem in thermometro condenſans, quàm calorem rarefactionis cauſam vigere perſpicuum eſt, cui conſentit Boyle in defenſione contrà Linum pag. 85. dicens juxtà æſtimationem generalem ſublimior aëris regio, cæteris paribus, eſt frigidior quàm humidior.

§. 11. Aquæ igitur ſic compreſſæ circà fundum maris, ac forsàn etiam partibus lateralibus, quâ patent meatus, eluctantur, terrámque ingreſſæ per tractus, & anfractus ſubterraneos decurrunt ad ſuperficiem usque, in ſcaturigines obeuntes, quin & altiſſimorum montium veſtigia, taliter propulſæ, alacriter ſubeunt, ac inde in patulum prorumpentes per declivia devolvuntur, ac pluralitate rivulorum in flumina congeſtæ per alveos ſibi appropriatos indefeſſô tramite maria, commune aquarum receptaculum, repetunt, ut iterum fluant, ſicque continuum aquarum ex oceano diſpendium, & reditus perpetuatur, fontiúmque inde emergit propagatio.

§. 12. Cùm autem notum ſit, plerúmque fontium aquas eſſe dulces, ſeu inſipidas, aquam verò marinam ſalſedine indutam, quomodo & quando exuantur? diſcutiendum: notandum igitur in primis, ut paulò antè inſinuatum, mare circà fundum deprehendi minùs ſalſum, immò ferè inſipidum, 2$^{dò}$. ſi forsán circà ſuperficiem meatus eſſent laterales, aut quomodocunque ibi aquam in terram irrepere contingeret, taliter traducta per arenoſa decurrens, ac per ſabulum quasì collata, ſuam amittit ſalſedinem modò forsàn non ab ſimili, quô aqua ſalſa per ſabulum trajecta omnem in via deponit ſalſedinem, & aquæ per molecularum intervenia, ſtillat inſipida.

§. 13. Nunc prælibatà aquarum circulatione, fontiúmque origine, cùm ferè omnes ex Illiade prodeuntes, atque fontanæ, & fluviatiles in foro medico præter menſtrui beneficium, paucósque vulgares uſus humectandi, & refrigerandi vix quidquam energeticum præſtare deprehendamus, inquirendum unde origo

go aquarum medicatarum, undéque ſuas tam inſignes in profligendis morbis derivent virtutes.

# CAPUT II.

## De Origine aquarum mineralium, ſeu medicatarum.

§. 1.

UT aquarum mineralium vera, genuináque luculentiùs pateat geneſis, & origo, de mineralium, metallorum in terræ græmio naſcentium generatione, & reductione quædam prælibare non tantùm conſultum, ſed & neceſſarium eſſe exiſtimavi.

§. 2. Quamvìs naturæ opificium per univerſæ creaturæ machinam, præſertìm in cœcis naturæ penetralibus, admirandum magìs, quàm perſcrutandum, multis, dejecti forsán non nihil animi videatur, Philoſopho tamen magnâ quadam animi aviditate rerum ſcientiam venandi hìc quieſcere, animóque deſpondere indecorum fore exiſtimo, cum iis, qui ſummâ indagandi ſolertiâ, ac ſciendi cupidine ducti, ut abſcondita naturæ myſteria, ejusdémque ſecreta progreſsûs, & regreſsûs metamorphoſes ingeniô penetrarent, die noctúque ad lumen eleanteum tot annos deſudârunt; quos etſi in integrum immitari mihi promittere nequeam, (non omnibus enim conceſſum eſt adire Corynthum) ſaltèm ſtudiis à veritate alienis, & naturæ legibus è diametro repugnantibus, me non dediſſe operam perſpicatiores nôrint Philoſophorum proceres: ſcio equidem hos meos de fontibus medicatis conceptus non omnibus arriſuros, neque meum eſt omnibus ſatisfacere, amor ſaltèm veritatis inculpatus permanebit: interim tantæ pertinaciæ non ſum, ut ſaniora proferenti renitar; veterum quoque magnâ reverentiâ veneror manes; recentiorum laudo, & admiror ingenia, ubique autem verita-

ritatem amplector, cujus prurigine accitus in materia præſenti minùs tritam incedere ſemitam auſus ſum.

§. 3. Sunt nonnulli famâ celebres Philoſophi, qui mineralia, & metalla in terræ viſceribus, reliqua ſublunaria unanimes ex aqua materialiter produci rationum, & experimentorum ſerie ſtipati contendunt, quod forsán, ſi ſuo ſenſu & rectè ſanâ mente, neque planè ſinè limitatione intellectu accipiatur, non omninò à veritate alienum judicabitur, quid enim Peripateticorum materia prima aliud ſonat? quàm unam, eandémque rerum omnium eſſe materiam omnium formarum capacem proprium videlicet naturæ generantis; hanc autem ex elementorum mixtione, circulatione, variáque diſpoſitione ſuam ducere progeniem, vix ullus, ut autumo, refragabitur; & quamvìs duo ſint elementa dicta paſſiva, adeóque magìs quasì materialia, duo verò activa magìs ad naturam ſpiritûs evadentia, ſunt tamen omnia materialia, & corpora, licèt ſimpliciſſima, quæ in prima in ſe invicem actione ultimò in concretum ſalinoſum igne & aquà ſolubile coiverant, quod aëris intercapedine in fluorem reductum aquæ mentitur elementum, éſtque aqua vulgaris fluminum, fontiúmque, quæ ſuæ ſimplici, ac elementali ferè conjuncta materia eſt, ex qua omnia materialiter generantur, cui aſſociantur aër & ignis elementalis tanquam elementa magìs Spiritualia, & reſpectu illorum activa, quibus in motum, fluorémque, & liquiditatem aguntur, ut ingreſſum ſortiantur, & in mixtorum ſubſtantiam commodiùs recipiantur, omne námque, quod rerum nutrimento eſſe ſolet forma liquida ſeſe offert tam in regno minerali vegetabili, quám animali, in minerali ſulphur eſt, & mercurius vaporetenùs extenuata, in vegetabili aqua eſt pluvialis, in animali lacteus eſt chylus in ſanguinem verſus, omnia in forma liquida, & humida: Verùm quibus nutrimur, iis conſtamus, ſed quibus conſtamus, ex iis etiam ſumus; ergò ex liquidis, & humidis ſumus; ſumus autem ex prima materia; ergò prima materia liquida eſt, & humida; quemadmodùm ſcimus

omne

omne ſemen animale eſſe liquidum, ſeu liquamen quoddam humidum, ut & minerale, & vegetabile, licet enim hoc ultimum appareat in forma ſolita, attamen, niſi putreſcat, & in liquamen humidum diſſolvatur, generationi ineptum eſt.

§. 4. Patet ergò primam rerum materiam eſſe liquidam, & humidam, ſeu liquamen quoddam liquidum & humidum, adeòque aqueum. Dices potiùs eſſe oleoſum, quemadmodùm penè omnia vegetabilium ſemina oleoſa eſſe corpora eorum in aqua lateſcentia vix non ad oculum commonſtat; Reſpondeo 1$^{mò}$ cum Bechero in Phyſ. ſubterer. cap. de liquefac. n. 52., & oleum nihil eſſe aliud, quám aquam pinguibus terreis athomis refertam, ut patet in ejus deſtilatione, & abſtractione, ſi enim oleum abſtrahitur, media pars aquæ invenietur, & vernix, quæ ſi conburitur in retorta, magna pars in ſpiritum, ſeu potiùs aquam tenuem reſolvetur, ità ut pauciſſimi remaneant carbones, reliquum omne in aquam elementalem vulgarem ſcilicet, reduci poteſt; Reſpondeo 2$^{dò}$ concedendo pleràque vegetabilium ſemina eſſe corpora oleoſa, perindè tamen noſtram non evertere ſententiam, ſiquidem oleoſum, & pingue iſtud corpuſculum, quantum etiam ſit, non niſi eſſe aquam pinguibus, terreìſque particulis refertam, ac diggeſtione naturæ in corpus ſolidum coàgulatam, quæ accedente humiditate terræ reſolvitur in liquamen lacteum, germinationémque incipit, ac in cymas excreſcit.

§. 5. Quidquid igitur liquidum, & humidum in aquæ ethymologiam recipitur, edeòque quidquid generatur ex aqua ſuæ ſcilicèt terræ conjuncta, materialiter generatur, quæ ex ſtatu liquiditatis tendit diggeſtione naturæ in ſtatum ſoliditatis: omne ſiquidem liquidum tendit in ſolidum, ſic ſanguis in animalibus mutatur ultimâ diggeſtione in carnem, oſſa, & membranas &c. in vegetabilibus aqua pluvialis in radices, caudicem, lignum, cordicem, folia, flores, fructus &c. univerſali ſcilicet naturæ diggeſtione, in mineralibus vapores ſulphurei & mercuriales, loca ſubterranea pervadentes, matricem nacti opportunam pro matricis habitudine, & natura in metalla, &

mineralia ſolidantur, velutì argentum vivum arte etiam tractatum debitô vaſe receptum, ac leni diggeſtum igne per ſe facilè in rubrum præcipitatur pulverem, immò proportionatâ quantitate argento, vel auro prægreſſa in eo ſolutione ſociatum in cymas graminis adinſtar argenteas viſu pulcherrimas leni tractatum calore excreſcit, & ſolidatur.

§. 6. Verùm, ut hanc meam luculentiùs deducem hypotheſim, notandum eſt, aquam, & terram vulgarem elementi puri, & ſimplicis etymo non venire, utpotè quæ corpora ſimplicia non ſunt, quod tamen elementorum involvit eſſentia, aliam itáque aquam, & terram ſimplicem ſcilicet & undequaque homogeneam elementi obtendit ethymologia, elementa námque corpora ſunt ſimpliciſſima, homogenea ſubtilia, & ulteriùs irreſolubilia, ex quibus in mundi cunabulis â Deo creatis omnia cœtera per juſtam eorum combinationem omnia componebantur corpora, & etiamnùm componuntur, ſive agendo, patiendovè, nec ob ſummam eorum ſubitilitatem corruptioni obnoxia ſunt, utpotè fulcra naturæ ſtabilia, quibus tota mundi innititur fabrica, aquam autem noſtram potabilem fracedine, vaſe fracidô aſſervatam depravari, corrumpíque teſtatur præter authoritatem experientia, patet igitur aquam iſtam utpotè compoſitam, & corruptibilem elementum purum non eſſe, ſed concretum quoddam ex aqua elementali & terra virginea multiplici ſeminum ſerie mediante calore naturali in actum deducenda, variôque ſalium genere prægnante, ut notat D. D. Muſitanus in Trut. phiſico-chyrurg. conflatum, quamvìs oculis noſtris propter ſummam ſui tenuitatem ſe ſubducant; quòtiescunque enim elementa corpus quoddam ad aparentiam concinnantia concurrunt, impoſſibili viſum noſtrum effugiente ſubtilitate conſtituta eſſe rerum voluere initia.

§. 7. Aquas etiam fontanas, fluviatiles, pluviales &c. conſtare ex particulis heterogeneis probat ſpagyricum eorum examen per organa vitrea, aqua præ primis pluvialis, quæ cœ-

teris purior habetur, repetitis abſtractionibus trium feré partium in terram levem, & candidam mutatur.

§. 8. Terram hortenſem, aliásque pedibus noſtris quotidie ſubjectas non eſſe corpora homogenea, vix ullus dubitat, licèt nonnunquam larva forsàn homogeneitatis improvidis imponat; ſiquidem homogeneitas externa non probat internam: novi enim ego modum, quô principia chymicorum corpora heterogenea (licet, in radice ea convenire rumor alchymicus ferat,) ſal, ſulphur, & mercurius in tenuiſſimum limpidum, & transparentem, ſenſibúsque maximè homogeneum reducuntur liquorem, & viciſſim. Mirum itáque non erit, elementum terræ in aqua vulgari latitans viſum ſubterfugere noſtrum, unde quid vetat? quòminùs aquam iſtam materiale rerum omnium principium ſtatuamus. Aquam verò communem híc indigitari patet ex Auctorum de hac materia latè tractantium ſcribendi methodo, quorum obvii ſunt Helmontius, Ettmüllerus, aliique plurimi ex neotericis, quos, qui certiora cupit, videre poteſt.

§. 9. Nec verum eſt, de quo Helmontius gloriatur, ſe nimirùm omnia corpora in aquam elementarem reducere potuiſſe, dum forsàn aquam inſipidam deprehenderat, elementa nàmque aquæ tantùm formâ larvatâ in ea delituiſſe, licèt oculis ejusdem ſe aliàs lynceis ſubtraxerint, plùs quàm indubitatum eſt, quod affirmant philochymici, qui elementum quodvis in quovis, ſæpiùs juramentô exiſtere teſtantur, quod utique eximius iſte Philoſophus agnoſcere debuiſſet, utpotè, qui tractatu tria 1$^{ma}$ chym. prin. § 59. Paracelſo in Archidoxis lib. de ſeparat. elementorum, elementum ignis ſulphur continere audacter aſſeruit, quod tamen proprius eſſe principium in ſequentibus audiemus, quàm ſint ipſa elementa, utpotè ex elementis compoſitum, cur itàque unum in altero contineri negabit Helmontius? ſicut námque ſulphur in igne latitans vix viſui ſeſe obtulerit minus elementorum in aqua illa ſuperiùs memorata præſentiam ſenſibus externis advertere quieverit.

§. 10 His itáque præliminariter inſinuatis ad propoſitum noſtrum veniamus, oportet: Duplicia rerum eſſe initia, propinqua, & remota, præprimis advertendum eſt: Hæc quidem quatuor ſunt elementa, ignis, aër, aqua, & terra, illa verò tria chymicorum principia ex elementorum primogeniâ mixturâ reſultantia, nimirum ſal, ſulphur, & mercurius, non quidem vulgariter ſic nuncupata, ſèd ſenſu philoſophicô intellecta. Quandoquidem enim in prima mixtionis actione unum ſaltèm elementum centrum occupat, in quo cœtera finaliter diverſimodè terminantur, forma eâdem conjunctione, & actione acquiſiaa qualitates elementi maximè extraverſi, ac reliqua ferè vincentis refert; hinc Proùt aqua in ſuperficie terminata ſpeciem mercurialem corporis videlicèt liquidi exhibet, ità ignis ſuis deinde jaculatis è centro radiis ipſum compoſitum ſulphureitate donabit, terra autem aquam repulsô ad centrum igne in externis coägulans ſubjectum conſtituit ſalinum ex quorum deinde debitâ quadam proportione, ac combinatione vi fermentorum, variæque ſeminum deſtinationis, cæteræ generantur res naturales, de quo videri poteſt Kelæi Tractatus de menſtruo vegetabili Saturni non ineleganter tractantis-

§. 11. Principia dicta in terræ inteſtinis, & tractibus, forma fumi, aut effluviorum liquidorum vagabundi loca ſubterranea pervadunt, quorum motus metallicolis die Widerung dicitur: duriſſima ſaxa, & petras ſubtilitate ſuâ penetrant, & ubi matricem debitam accedentibus fermentis adinvenerint in perfecta mineralium, & metallorum abeunt concreta, ac in corpus minerale, aut metallicum concreſcunt: ſin minùs in liquores metallicos, flores, medullam lapidum, aliáque concretorum genera effloreſcunt, quales efflorescentias in monte Sancti Gerhardi vulgò Blocksberg / aliis Gerhardtsberg hìc Budæ in fiſſuris Saxorum coäleſcere vidi. Metallicolis Gur Helmontio Bur audit. Similis fluxus, qui antè coägulationem âb aëris attactu in forma alba, ad inſtàr lactis fluit, ut in ipſis mineris nonnunquam oculis ſe ſiſtit, ſed ſtatim, ac aëri exponitur, alteratur, & coäleſcit in ejusmodi corpus.

§. 12.

§. 12. Hic fluor metallicus ſeminium, aut materia pro-
rima eſt metallorum, & non niſi debitam deſiderat matricem,
quâ fugiente in perfectum concreſcere metallum nequit: ſi au-
em aptam attigerit materiam terreo-ſcilicet alkalinam, in ea tan-
quam matrice figitur, concentatur, & fermentatur, usque dum
andem unione amicâ pro ſeminum deſtinatione in corpus me-
allicum ſucceſſu temporis maturitatem expectans perfectum
coëat, unde venæ metallicæ: ſi autem in aquam terræ viſcera
obrepentem irruere contigerit, eam colore lacteô tingentia,
luores ſupradictos conſtituunt; advertendum tamen interim,
principia iſta puritate, & impuritate variare multùm, hinc quan-
titate & modô componendi, unde rerum naturalium præſertim
ſupterranearum fluiditas, tenacitas, friabilitas, levitas, aut gra-
vitas, diaphaneitas, opacitas, fuſibilitas, ſapor, color, odor,
fixitas, & volatilitas, &c. ſic ſale plùs, minùs purô exiſtente di-
verſi ſe manifeſtant exinde ſapores, diaphaneitas, & opacitas,
fuſibilitas, friabilitas, conſiſtentia, &c. ex ſulphure color, odor,
maturitas fixitas, volatilitas, &c. ex mercurio gravitas, & levi-
tas, metalleitas, malleabilitas, fluiditas, &c. quæ omnes inten-
ſionis, & remiſſionis gradus innumeros quaſi admittunt.

§. 13. Notandum iterùm per relata tria principia propin-
quiora non intelligi ſulphur commune phlogiſton, aut ſal culina-
re, neque argentum vivum vulgi, utpote ex tribus recenſitis
compoſita, ſed per ſulphur corpus quoddam pingue, oleoſum,
& incombuſtibile, ſalem verò corpus terreum cœteris conſiſten-
tiam tribuens, per mercurium aquam quandam penetrantem,
ſolventem, & unicô verbô fumum argenti vivi maximè volati-
lem, ſive primum ejusdem ens, quod nonnullis acidum univer-
ſale, ſive ſulphuris embrionati dicitur, quæ in calchanto arte ſpa-
gyricâ, vero alchymico ſeparabilia ineſſe omnimodè verum eſt,
& propriam citò teſtem antopſiam: non tamen exiſtimandum
eſt, me de ſpiritu, oleo, & ſale vitrioli quotidiè venalibus hìc
facere verba, nequaquam, hæc enim per aſcenſum altiorem
ſubeunt compoſitionem, hinc retrogradô conatu ab exercitatio-

 ribus

ribus ſpagyricis in longè ſimpliciora occultis quibusdam manipulationibus reducuntur, vera ſcilicèt chymicorum principia, unde Rupeciſſa vitriolum, ſeu ſal primum omnium mineralium generandi principium ſtatuit, non quòd vitriolum vulgò ſubintelligat, ſed liquamen quoddam magis, aut minùs vitriolicum, in quale & mercurius vulgi ſpiritu ſulphuris, teſte Helmontiô, reducibilis eſt, quotiescunque etenim fumi, ſeu halitus minerales ſubterranei per terræ globum errabundi in pyrillarum ſulphuream incidunt ſubſtantiam, cum ea in corpus ſalinum vitriolicum concentrantur, quod tractu temporis calore naturali, concurrente etiam aſtrorum influxu ad maturitatem fixitatémque deveniens perfectum evadit metallum, quod deinde per pyrothechnicam reductionis ſcenam ludit epilogum prologo non abſimilem, niſi quòd debitô modô tractatum ſeminium ſemel conceptum tenaciter retinet.

§. 14. Solutio autem iſta non ſecùs, ac coägulatio principio potiſſimum mercuriali, utqotè menſtruo naturæ univerſali omninò debetur, unde benè *correctorium fatuorum* per mercurium crudum diſſolvi corpora, eóque reduci in primam eorum materiam, hinc & *clangor buccinæ* mercurium vulgi eſſe ſpiritum, quo niſi reſolvatur corpus, occultam ex eo habere non poſſe virtutem: habet ſe autem ſpiritus iſte per modum vaporis per univerſum diffuſi, ſed adhuc in innocentia conſtituti quod annuere videtur præfatum *correctorium*, dum inquit: *cauſa autem, quare oporteat metallum ad naturam vaporis rèducere, eſt, quia videmus omnia generari ex mercurio vivo, mediante quo ipſum genitum fuit.* Hôc ergò mediante natura tot in regno ſubterraneo metamorphoſium ludit ænigmata, prout nempè in venas minerales metallicas, terras, aut lapides impingit, eos variè ſolvendo, transponendo, ac craſineorum immutando pro particularum ſolutarum diſpoſitione mixta producit varia.

§. 15. Si lapidem calcareum ſolvit, & cum eo coägulatur, reſultat alumen, ſi lapidem fuſilem alkalinum, ex coäleſcentia eorum

orum generatur borrax, ſi terras pingues bituminoſas, picem, 'el axungiam terræ, prodit ſulphur vivum, cum ſale urinæ voıtili congrediens nitrum conſtituit, ex lignis combuſtis avolans, um ſale lignorum volatili fuliginem caminis affigit, cum ſalibus lkalibus fixis, ſal præparat commune culinare, ex corporibus netallicis hôc ſolvente diſſolutis ſurgunt vitriola, quorum tot tete Becherô in phyſic. ſubterran. ſect- 6. ſpecies, quot metalla, qui tiam ex ipſo mercurio ſe vitriolum compoſuiſſe refert, nihiô, niſi ſulphuris acidô, id eſt, ſpiritu per campanam deſtilatô.

§. 16. Sed nè nudè, & minùs ad captum phyſices parùm ;naris, ac aliunde omnia carpentibus hæc aſſerere videar, exem›lis, & experimentis mechanicis mea dicta illuſtrare libuit, ve·ùm, ut rem ordine obſervatô proſequar; accipiatur ſpiritus ulphuris per campanam præparatus, utpotè acidô univerſali naximè analogus, ſuperfundatur lapidi calcareo, & levi mani›ulatione ſubjectum accipies aluminoſum, cum lapide fuſili, ſciicèt pellucido concretum novum Borraci ſimilimum, ſi oleum erebinthinæ deſtillatum miſceatur cum dimidia parte ſpiritûs nodò dicti, deſtillentúrque ſimul per retortam, ſulphur perfetum inflammabile gignitur, quod ex qinguedine olei terebinhinæ & acido ſulphuris ortum ducit; ità etiam opere naturæ, ſi ırina ſœpius in terram quandam excernatur, ex terra illa ſucceſſu emporis perfectum elixatur nitrum, principio ſcilicèt mercuria- acido cum ſale volatili urinæ confermentato, ſimiliter ſal ſalſum rtificiale habebis, ſi cum ſale Tartari, aut cineribus clavellatis ›rædictum conjungitur menſtruum, certâ quadam proportione. Ex metallis generatur vitriolum beneficio hujus acidi ſulphuris, quòd ſi námque in cuprum in igne fuſum injiciatur ſulphur, donec totum deflagret, & æs liquatum confeſtim aquæ infundatur luviali, quæ inde vireſcet, hicque toties reperitur, usque dum es totum in aquam rranſierit, ex qua deinde in locum frigidum epoſita in vitriolum, ſeu chryſtallos elegantes cæruleas concreſcit vitriolicas, evaporatâ tamen priùs ad juſtam conſiſtentiam

aquâ

aquâ, quod nonniſi ex corpore metallico corroſo, & acido ſulphuris ſimul coägulatis procedit.

§. 17. Hæc decompoſita quod notetur, plerúmque ſubjecti ſui priſtini ſeminium, viréſque ut plurimùm ſecumferunt, licèt ob ſolventis activitatem in majorem ſæpè fixitatem, aut volatilitatem pro rei habitudine decurrant, ſicque varias recipiant alterationes, affectiones, activitates, intenſiones, & remiſſiones, quod ex dictis facilè illuceſcit, de quibus dixiſſe ſufficiat: nunc itâ his rudi minerva prælibatis anguſtioris pagina tractatûs ad aquarum mineralium geneſim propitùs accedere jubet.

§. 18. Aquarum mineralium indefeſſâ virtutum medicatarum propagatio ſublimioribus etiam ingeniis dudùm faceſcit negotium: verùm, ſi ea, quæ modò de mineralium, & metallorum geneſi rationis, & experientiæ trutinâ ponderata ſunt, paulò accuratiùs in examen trahentur, non ità difficulter in aquarum medicatarum generationem, fiendíque modum, ac virtutum perpetuationem deveniemus. Interim tamen variorum conatus, & ingenia, ut ſemper, ità & nunc debitâ veneror reverentiâ, nec novitatis incuſabor, ſi aliorum ſaltèm inventis addere, aut obſcura, minúſque elaborata, ſinon planè neglecta in ordinatum, ac conſuetum naturæ concentum deducere conabor.

§. 19. Multum qudem in hac materia ad noſtra usque tèmpora deſudatum eſt, & varii in varias abiêre ſententias; quippe nonnulli â ſuccis, & fluoribus, fumis, & halitibus metallicis in terræ, ſcopulorúmque meatibus, & fiſſuris diſperſis, aquas per declivia fluentes imbui, ſicque aquas conſtitui medicatas, opinati ſunt, quod tamen æquè veritati diſſonum, ac virium in aquis mineralibus æqualitas, fluores etenim, & halitus iſti nondum ad hoc, vel illud metallum, aut minerale determinatum, atque univerſalitatis nondum transgreſſi limites principiorum univerſalium, quaſi indifferentes, naturâ gaudent, ſiquidem antè matricis debitam confermentationem, fermentíque ſeminalis acceſſum ad hoc, vel illud minerale inderminatum ejusdem planè

planè texturæ, ac ſynthesis viribus in aquis medicatis, non niſi intentione, & remiſſione juxtà ſui frequentiam differunt, aquas autem miuerales ejusdem eſſe energiæ, ac virtutis, quotidiana reclamat experientia.

§. 20. Alii aquas minerarum corpora lambentes in decurſu quasdam decadere particulas metallicas, ac ſecum rapere non minùs ineptè, quàm perperam contendunt, cùm tamen, etiamſi per annos, & annos aquam fontanam mineræ affuderis, vix quidquam, aut ne hilum quidem virtutis ejusdem medicæ in aquam transferes.

§. 21. Alii præſertim ex recentioribus cum Helmontio acido ſulphuris embrionati eſurino corpora metallica diſſolventi hunc effectum non ſinè fundamento tribuunt, qui vel ideò propiùs ad veritatem quoque acceſſiſſe videntur, quòd eorum ſententiam experimentum Roche autoris gallici, & aquarum mineralium ſcrutatoris accuratiſſimi in ſcrutin. aquar. mineral. cap. Imô luculenter confirmat: hic enim in alpibus Helvetiæ ſcaturiginis thermalis originem inveſtigando montem ad diſtantiam quandam notabilem perfodit, ubi tandem ad terram ſalſam, tanquam aquarum delabentium collatorium, per quod tranſudaverant, deventum eſt, ubi obſervavit aquam inſipidam, & frigidam ad terram illam affluentem tranſcollatione per eam ob ſal omninò univerſale in ea hauſtum evaſiſſe ſalſam, & poſtquàm mineram alcalino-ſulphuream attingit, eam vi ſuâ menſtruali diſſolvendo in ebulitionem, effervescentiam cum æſtu intenſo intumeſcere, & fervere, non ſecùs, ac ſalia duo chymica ſibi contraria competenti vehiculô ſoluta in ſeſe ruentia reluctando motum impetuoſum cum inſigni liquoris effervescentia & fervore consipiunt, usque dum tandem benè unita, aut in liquore pacificè, & amicabiliter quieſcant, aut ad fundum vaſis unâ præcipitentur. Quod videre eſt in confuſione vitrioli ſpiritûs, & tartari olei per deliquium facti. Idem contingit, ſi limaturæ martis mercurio ſublimato conjunctæ affunditur aqua ſimplex ebullitio

C cum

cum tanto vaſis calore, ut manibus contineri nequeat, in momento ſubſequitur ob ſalia acida ſummè rarefacta, & extenuata in mercurio ſublimato deliteſcentia,& in corpus metallicum martis, ſeu ferri reagentia, quod iden affuſioni aquæ fortis ſuccedit; qualia experimenta vix non infinita foro ſpagyrico ſunt familiaria.

§. 22. Nunc ad terram ſalſam ſuperiùs memoratam, per quam aquæ transcollatæ ſalſedinem imbibunt, redeamus, cujus naturam author citatus ulteriùs rimaturus ſalem aquâ dulci elicit tam diu, donec omnis ſapor ſalſus evanuiſſet, quod tamen hôc conamine non ità præſtare poterat, quin ſalibus rursùs ſcateret, imò aëri libero ſerenâ tempeſtate expoſita pondere readauctô longè intenſiorem ſalſedinem procul dubiò ex ſale hermetico in aëre fluctuante accerſitam recuperavit, quod cum terra vulgari quacunque nunquam ſucceſſerat. Unde non immeritò concludendum terram talem cum ſale aëreo conjunctam cum ſale centrali terræ ſpecialem obtinuiſſe magnetiſmum, de quo poſteà. Nunc autem,ut virtutum mineralium in aquas translatio clariùs pateat, actum hujus ſalis reductivum prolixiùs perpendere pergamus.

§. 23. Dictum eſt ſuperiùs: mediante principiô mercuriali, ſeu ſale univerſali, aut ſpiritu ſulphuris embrionati eſurinô acidô,ut aliquibus placet,quemadmodùm mineralium generationes, ità & fieri deſtructiones, ſeu reſolutiones, cùm autem natura per eos ferè in reſolutione gradus deſcendere ſoleat,per quos antè hac in generatione aſcenderat,primus verò in metallorum geneſi gradus, ùt ſuperiùs inſinuatum eſt, ſit liquamen vitriolicum ſalinum, neceſſariò in reductione gradus ultimus talis extiterit, nihil autem aquis faciliùs ſeſe ingerit, ac ſolvitur, quám ſalia, ſeu corpora ſalina, hôcque magìs, ſi menſtruis ſalſis decomponantur corpora metallica, itâ quidem, ut ambientis etiam aëris humiditate facilè in fluorem agantur, quemadmodùm vitriolum veneris, aut martis ſpiritus ſalis communis ope confectum ad inſtar ſalis tartari in aëre liqueſcit, noſtram veró aquam mineras ſolventem

tem tranſudatione per terram ſalſam ſalſedinem menſtrualem imbibere, ex antecedentibus liquet, unde etiam non abſimilis in ſolutione corporum metallicorum hâc aquâ menſtruatâ ſequetur effectus, unde eſt, quòd aquæ in criptis & meatibus ſubterraneis particulis *metallico-mineralibus* hôc modô imprægnata reddentur medicatæ.

§. 24. Dices, me ſuperiùs omnem repudiâſſe uiniverſalitatem, quia hôc ſtante omnes ferè aquæ medicatæ ejusdem eſſent virtutis, ſed liquamen illud ſalinum, ſeu vitriolicum, ex quo generantur metalla, & mineralia, & in quod ultimò reducuntur, eſt univerſale, & indeterminatum, adeóque nulli confermentatum matrici, & ideò absque forma ſpecifica, ergò repudiandum erit. Reſpondeo negando minorem; nunquam enim corpora metallica menſtruis etiam radicalibus in tantum reſolvuntur, ac deſtruuntur, quin virtutis characteriſticæ in generatione adeptæ ſinu ſuo generant idæam, ac poteſtatem ſpecie determinatam; inde eſt, quòd hoc ultimum reductione liquamen per generationem determinatum, & ſpecificâ formâ donatum vel hôc ipsô â priori differat, adeòque argumentum ab illo ad ultimum claudicat, illud námque primum in chäo ſuo, immò planè univerſale omnium mineralium formarum capax, indeterminatum ad ullam etiam ſpeciem, nullius ſpeciei virtutem ſecumfert; quamvìs ſuô medô ſtupendæ ſit virtutis, de qua alibi dabitur occaſio loquendi. Hæc potiſſimùm de metallorum, & mineralium non ſalinorum reductione & in aquam ſolutione dicta ſunto, utpotè quæ majori fixitate, compactioríque compagine dificilius ſolubili gaudent, de cœteris enim ſubterraneis, ſalinam referentibus indolem magìs ſolubilem, tanta non eſt difficultas, utpotè, quæ longiùs â fixitate recedunt, eorúmque compages facili negotiô in aquam menſtrualem fatiſcit, ſi nova non ſint entia ex ſpiritûs univerſalis cum variis terris, lapidibus ac concretis ſalinis, congreſſu, & coagulatione ùt ſœpiùs fieri aſſolet, ſicut in ſupradictis pluribus experimentis commonſtratum eſt, principium enim

iſtud mercuriale dum primordiali adhuc gaudet ſimplicitate, nec aqueis nimiùm dilluitur particulis, corpora quidem ſolvit, ſed ſuaviter at lentè, néque in tantùm volatiſat, quin non cum iis agendo fixetur, ac in novum compoſitum plùs, minùs fixum coälescat, poſtquam autem ex ſimplicitate ſua connaturali, ſeu ex acido in ſalſum degenerat, etiam fixiora in volatilia vertere didicerit, ſic Spiritus vitrioli volatilia figere natus eſt, ſalis é contrà communis volatiſare, unde provida natura menſtruum hoc quaſi duplicatum aquis medicatis adſtruere voluit, quia potiùs reductione, quàm generatione opus erat, mineralium non præexiſtentium virtus reſultare forsàn deprehendatur, id totum mixturæ particularum in aqua variô modô concurrentium deberi probabile videtur, quomodo autem tranſudando per terram illam â Roche adinventam ſalſedinem ſibi adſciſcat, ſequenti capite unâ cum terræ illius magnetica ſyntheſi declarabo.

# CAPUT III.

## De Terra Magnetica Salſa.

### §. I.

Quamvìs eſſentialia terræ hujus, cui ſal univerſale centrale inhærere nititur, rimari conſtitutiva perdifficile ſit, alcalinam tamen, ſeu ſalinam ſapere ſyntheſin conjicere poſſumus ex Becheri ſuppel. in phyſ. ſubbter. pag, 618. ubi de eo diſcurrens inquit: *nec lapites hâc eſſentia vacuos eſſe experientia docet, quoniam in alcali converti poſſunt, quod hujus eſſentiæ promus condus eſt.* Et pag. 80. *ſal hoc centrale ſulphureum eſt.* Sulphura autem cum alcalicis magnum habere commercium vix non tota conſentit Chymicorum cohors, & experimentô amicitia ſulphurum mineralium cum ſalibus alcalinis in extractione eorum pro præparandis mineralium tincturis, comprobatur,

his

his námque ſalibus cum mineralibus in polinem redactis, ſi concinennentur arte ſpagyrica in lixivium, eique cœteri ad hoc ópus requiſiti inſtillentur liquores, ſulphur, relictis in aqua ſalibus reſolutis, ad fundum vaſis ſecedit, aut ùt chymici loqui amant, præcipitatur, ut videre eſt in extractione ſulphuris antimonii cum ſale Tartari, ubi poſt diuturnam coctionem in aqua ſimplici immergit lixivium, in quo alcali ſalis Tartari arripit ſulphur antimonii, ſibíque conjunctio quaſi aſſociat, tenétque usque dum acceptiorem nanciſcatur hoſpitem manifeſtâ præditum aciditate, quæ in ſulphure antimonii concentrata latet, unde ſi ei inſtilletur guttatim liquor acidus, ſulphur antimonii cum intollerabili quaſi fœtore compedibus liberatum, ſubitò fundum petit. In quo caſu clarè patet alcali Tartari jungi ſulphur antimonii, ſeque invicem amplecti, usque dum ſale alcalicô ad liquorem præcipitantem conversô ſulphur ad fundum dimittatur.

§. 2. Tackius in chryſogonia terram philoſophicam ex aqua pluviali ſpagyricè extractam ſpiritum, id eſt, ſal aëris nitroſulphureum, ex aëre inſtar magnetis attrahere teſtatur, terram autem iſtam alcalinam probat efferveſſcentia cum acido tanquam alcali antagoniſta ſubitò in confuſione concitata.

§. 3. Terras etiam argilacias prægnantes eſſe ſobole alcalina præter alias rationes manifeſtat earum facilis fuſibilitas, promptum námque corporum terreſtrium fluxum tribuit Becherus in Phyſ. ſubterr. terris alcalinis, licèt impuritate ac fixitate multùm â ſeſe diſſitis, quod confirmant etiam corpora ſalina alcalicæ indolis mineris in uſtrinis addita earum fuſionem promoventia; unde concludimus terras argilaceas inter alcalia recenſeri ſubjecta, ex terris autem ſimilibus Bech. in phyſ. ſubterr. pag. 78. lentô etiam igne ſpiritum ſpiritui univerſali analogum deſtillari affirmat, hinc terræ tales tempore vernali deſtillatæ varia repræſentant ſchemata herbarum, fluminum, plantarum, animalium & cœterorum, quod Ettmüller in coll. phar. de rore, ſali aëreo, ſive centrali deberi audacter aſſerit, ex quibus conſtat, terras alcalinas ſalis ejus

 univer-

univerſalis promta eſſe receptacula, unde terram noſtram ejusdem eſſe indolis, hínque cum ſale centrali habere magnetismum, iisdem ambobus invicem conjunctis neceſſariò emergi ſalſum, ſicque aquas per terram illam transcollatas emulgere ſalſedinem facilè conſequimur.

# CAPUT IV.
## De Calore Thermarum.

§. 1.

DUplex in rerum natura obſervatur calor, unus eſſentialis, & inſeparabilis, ut in igne, & lumine ſolis, alter accidentalis violentus, & ſeparabilis, ut in aqua & terra &c. quibus ex naturæ ordinatione competit frigus, verùm cùm aqua ex innata frigoris appetentia frigida omninò cenſeatur, non immeritò inter doctos quæſtio agitatur, unde aquæ medicatæ iu abſconditis terræ penetralibus ſolo naturæ conamine indefeſſum ſuum ſibi adſciſcant calorem? quod eximia profectò Philoſophorum diu torſit ingenia, & nonnnlli planè ad ſacriſtiam ignorantiæ aſylum confugerent, ut Horſt. de nat. therm., alii verò ad cauſam primam, ſi ſecundariæ ſuppetent, confugere phyſico indecorum fore agnoſcentes anxii in varias abiêre ſententias.

§. 2. Sic Michaël Savonerola cum R. P. Kirchero incomparabili naturæ ſcrutatore igni elementari (putant actualem) ſubterraneo tribuendum eſſe hariolatur, quod forsán multis absque dubio verum eſſe videbitur, attamen difficultatibus non caret, quod plurimi agnoſcentes de veritate ejus dubitârunt, meritò quidem, ignis námque actualis denegatô aëris ſpiraculô aut extinguitur, aut clauſtri impatiens fortiſſima etiam concutit, & perfringit munimenta, unde terra aquis fervidis contermina, qualis Budenſis, ſcaturiginibus calidis cœteris locupletior vel continuò terræ motu trepitaret, vel thermarum calor ceſſaret, quorum

rum tamen neutrum â memorabilibus annis vix contigiſſe conſtat.

§. 3. Si autem aquas ſupterraneas alicubi hoc igne incaleſcere verum eſt, id in terra montibus ignivomis contermina concedendum foret, quamvìs nonnulli doctiſſimi viri de igne actuali in iis latitante dubitârunt, ſed efferveſcentibus mineris plùs, minùs ſulphureis halitus, & fumos eructantibus, qui circà terræ ſuperficiem aërem liberum nacti flammam concipiunt, deberi volunt, deſumtô experimentô in oleo vitrioli, & oleo Therebintinæ recentibus in cucurbita ſatís longa confuſis, quorum invicem efferveſcentium pugnâ ad orificium vitri delati fumi in perfectam abeunt flamam.

§. 4. Alii cum Ariſtotele ſulphur caloris aquarum mineralium cauſam eſſe ſtatuunt, eò quòd omnes ferè thermas odorem ſulphureum ſpirare deprehenderint, inſcii forſitan in ſolutione corporum metalicorum fermè ſemper ſulphureum quid nares petere, ut in affuſione aquæ fortis ſuprà chalybis limaturam; Deinde demus odorem ſulphureum eſſe indicium præſentiæ in aquis ſulphuris vivi, nihilominùs ſulphur eſſe cauſam caloris non conceditur, etſi námque centies aquam fontanam fruſtô ſulphuris affunderis, né hilum quidem caloris elicies, quod optimé ſentit D. D. Frid. Kremer in tractatu elegantiſſimo de thermis in Oberthallheimb.

§. 5. *Democrites* lapidem in calcareum incuſat, utpotè, qui affuſâ ſibi aquâ inſigniter efferveſcit cum calore: at bonus vir calcem vivam cum lapide calcareo ignem nondum experto confundit, hic autem hucúsque affuſione aquæ nunquam âb ullo ebullitionem concitare, minùs aquæ calorem inducere deprehenſus eſt; néque âb igne actuali ſubterraneo, Ettmüllerô pro non ente divulgato, eum calcinari ex præcedenticus colligitur.

§. 6. Alii denique ad arcana naturæ loboratoria magís penetrantes rem acu tetegiſſe ſibi videntur, dum unicam in aquis medicatis cauſam in motum particularum inteſtinum ſubitaneum ſeu

ſeu efferveſcentiam refundunt, quarum præcipuè ſunt ſalinæ tum acidæ, tum alcalinæ motui ſuo cœteras commoventes. Horum Coryphæus magna ex parte fuerat immortalis Charteſius, quos quidem cœteris ad veritatem propiùs acceſſiſſe arbitror, motum námque caloris eſſe cauſam, vix non innumera probant experimenta.

§. 7. Eſt autem motus duplex localis nimirùm, & inteſtinus, ſéque invicem variè ſuccedunt, in ſolidis quidem ſubjectis motus localis inteſtinum verè præcedit, quod patet in diuturna lignorum duorum confricatione, ſerra, terebra, axibus troclearum &c. lignis, aut aliis durioribus corporibus, ſi affricentur, omnia mirum in modum incaleſcunt, motu videlicèt locali, particularum inteſtinum provocante, in liquidis é contra motus localis excepto motum gravitationis plerúmque ſuccedit motum inteſtinum particularum: quemadmodùm aqua in lebete igni approximato antequàm incaleſcat, id eſt motus præcedat inteſtinus, neque in ebullitionem, neque in notabilem rareſcentiam attollitur, quamvìs motum particularum ignearum aqueas commoventium prægreſſum eſſe non ignorem, intelligendum autem eſt de motu locali totius, non verò partium intimè componentium, hos ſiquidem motu locali ſed fermè inſenſibiliter pariter movere neceſſe eſt, ut duo ſalia ſibi texturâ contrariâ, v. g. oleum Tartari per deliquium, & ſpiritus, aut oleum vitrioli confuſa inſtantaneo in ſe mutuò agitantur motu, & mixtura rarefactione in tantum intumeſcit, ut limites vitri ambientis ſœpiùs tranſcendat, motu ſcilicèt particularum facilè mobilium etiam minùs mobilibus in motum actis, ac invicem vehementer colliſis, liquoris ſolventis, & diluentis dilatatio & calor neceſſariò conſentaneus eſt.

§. 8. Notandum autem, ſalia non agere, niſi ſoluta: Sic etſi limaturam chalybis cum mercurio ſublimato in vaſe quodam intimè commiſceas, niſi aquam iis affuderis, nec calorem, nec motum advertere quiveris: quæ tamen affuſâ aquâ ſimplici impetuoſam cum inſigni liquoris turgeſcentia, & vaſis incaleſcentia effer-

efferveſcentiam producunt: qui calor profectò non aliunde, quàm ex motu ſalium cum impetu in ſe invicem ruentium, ortum ſuum ducit.

§. 9. De ratione autem, quare particulæ tales præſertim acida, & alcalinæ concurrentes, ac debito ſolutæ vehiculo tenaciter, pugnæ quaſi ſpeciem æmulentes, ſibi reluctentur? multi ſenſu diſcrepant, variéque ſentiunt: aliqui enim cauſam hujus luctaminis in pororum inæqualitate unionem eorum impediente quærendam eſſe exiſtimant, ratione cujus particulæ in ſeſe diverſimodé impingentes reſiliunt, denuóque ingreſſum tentantes allidunt, & ſic motu velociſſimô motæ calorem, & ebullitionem producunt, usque dum tandem ſaturatæ, optimèque in ſal quoddam tertium counitæ ſint. Alii in antipathiam, alii in ſympathiam id referunt, velut Bondeköe, qui efferveſcentiam talem non contrarietatis, ſed amicitiæ ſymbolum eſſe putat. Sed utut ſit, experientia optima rerum magiſtra docet, quotiescunque acida cum alcalinis debito vehiculo ſoluta confunduntur, excitatur efferveſcentia cum plùs, minùs intenſo calore, pro particularum videlicet ſulphurearum, aut bituminoſarum commiſtione: ſic ſi oculis cancrorum, vel ſali Tartari, aliisvè alcalino-terreis ſubjectis, ſpiritus ſalis ſulphuris, vel vitrioli, aut etiam acetum, itá etiam aqua fortis ferro, vel cupro limatis, aqua ſimplex, ſeu fontana calci vivæ utpotè acidis, & alcalinis conſtanti particulis ſuperfunditur, ſimilem particularum præcipuè ſalinarum, conflictum intenſo ſatís calore præſertìm nimirùm in ſubjectis plùs minùs ſulphureo-alcalinis jucundô ſpectabis animô.

§. 10. Non multùm quoque diſſimilem particularum reluctantium efferveſcentiam in generatione thermarum fieri veriſimile eſt, cùm enim aquæ per terram magneticam ſalſam decurrentes ſaporem menſtrualem acido-ſalſum imbiberint, in minerarum deinde corpora alcalino-terrea, ac ſulphurea impingentes ea diſſolvendo efferveſcunt inſigniter, ad intenſum usque calorem. Minerarum autem ſubſtantiam eſſe alcalino-terreo-ſulphuream

ex ſupradictis in generet. metall. facilè colligitur, quo ſenſu lapidem calcarium terreo-alcalinum ad caloris aquarum mineralium productionem non nihil concurrere concedendum eſt. Aqua enim menſtrualis ſalſa ſalſedine ex ſale centrali derivata hunc lapidem præterfluens, eùmque diſſolvens cum partibus ejus, ut & minerarum alcalino-terreis effervеſcit, ſicque pro majori, aut minori ſulphureitate calorem aquis intenſiorem, aut remiſſiorem inducit, non ſecùs, ac ſpiritus ſalis aquâ dilutus lapidi huic ignem etiam nunquàm experto aliquantulum excavato infuſus effervеſcentiam cum ſatìs notabili aquæ ſolventis incaleſcentia excitat, continuatur autem calor ipſe, & forsàn magìs adhuc intenditur particularum hetero-genearum ſui juris jam in diſſolutione factarum in ſe invicem agentium conflictu usque ad ſcaturigines.

§. 11. Verùm cùm nonnunquam aquæ minerales frigidiſſimæ ſcaturiant, omnium autem in genere eundem geneſeos eſſe modùm ſuperiùs inſinuetum ſit, meritò quæſtio oritur, cur non omnes ſint calidæ? quod D. D. Kremer de thermis in Oberthalheimb exceſſui, ſeu copiæ particularum acidarum, vel martiatarum tribuendum eſſe exiſtimat.

§. 12. Alii omnes fontes medicatos originaliter eſſe calidos aſſerunt; decurſu autem per tot meatum anfractus nativò terræ frigore, aut longinquitate itineris reddi frigidas aquæ dulcis aquis mineralibus in decurſu aſſociatas.

§. 13. Sed hoc quamvìs per accidens aliquando accidere forsán non negaverim, aliam tamen genuinam hujus frigiditatis eſſe cauſam mihi firmiter perſuaſum habeo. Dantur nàmque imprimis fontes acidi, qui ex ipſa ſcaturigine calidi bibuntur, quales ſunt referente præcitatô D. D. Kremer tract. cit. Embsdenſes in Germania, & Bourbonenſes in Galliis, ubi tamen particulas acidas præ cæteris luxuriare deprehendimus.

§. 14. Nec terræ nativum frigus thermas in decurſu magìs protracto frigefacere adeò probabile videtur, quin difficultates ſuas habeat, & præſertim, cùm ſolum paucis duntaxat â ſuperficie

ficie frigeat, interiora autem ejus caleant, ut metalliculos profundiù sin terram defoſſos, totaliter denudatos nunquam de frigore conquerentes minimè fugit: vix quoque unquam caloris ſubterranei juxtá tempus anni viciſſitudines in aquis medicatis advertere contingit, quod tamen varificatâ ſententia advertendum foret, & datô, non conceſsô, antra terræ undique & ſemper concludere gelu, an non aquæ minerales, quæ tria v. g. milliaria germanica per ambages ſubterraneas devolvuntur, quinque, aut ſex ſaltem paſſibus ab origine non tantùm ſuum ſervabunt primò nactúm calorem (præcipuè cùm aquæ minerales æſtum ſuum lentiſſimè ſeponere conſueverint) ſed & ambientem calefacient terram, unde ſuccedentes ad ſextum usque paſſum calorem ſuum omninò infractum deferent, eúmque retinebunt ad duodecimum, & ſic conſequenter, ſi totus, quà extenditur, aquæ ductus calefectus eſt, qui fiet? ut aquam decurrentem frigefaciat, rem exemplô illuſtrare libet: videatur fig. 3$^{tia.}$ ſit aquæ ductus anfractuoſus *A. B.* tria complectens milliaria, terra magnetica ſalſa in *A.* prolapſus in *B.*, locus autem mineralium *C.*, â quo decurrat aqua calida æſtum ſuum deferens in *D.* ſex paſſuum diſſitum, â *C.* totum canalem inter *C.* & *D.* calefieri neceſſe eſt, unde aqua fervida ſubſequens ſuſceptum caloris gradum in *C.* illibatum promovebit in *D.*, eundémque ſervabit usque in *E.* ád paſſum duodecimum, & ſic impoſterùm totus canalis ſucceſſivè incaleſcens aquam, cui incumbit, frigefacere deſineret, tandémque ſucceſſu temporis omnes acedulæ, & thermæ frigidæ contrà ſpem ex calefacto integro aquæ ductu calidæ profluerent: quod tamen paucis aut nullis obtingit fontibus, licèt nonnunquam per miraculum naturæ in iis deprehendantur caloris & frigoris viciſcitudines, qualem ſcaturiginem commemorat referente D. D. de Bois in tract. de acidul. Egran. Herodotus lib. 4$^{tò}$, cujus aqua meridie ſole ſuprà horizontem altiſſimô vix non frigore congelaſcit, ſole autem ad occaſum vergente gelu remittit ad mediam usque noctem, dum fervida redditur, hinc ad ortum ſolis æſtus ſucceſſivè

diminuitur usque ad meridiem, & tum gelidiſſima obſervatur. De ſimili fonte facit mentionem ex Arriani lib. 3. Sigmund. liber Baro de Herberſtein in epiſt. ad D. Wernher in Chronic. Moſchovit. fol. 125. annotata. Saxo Grammaticus teſte præcitatô Sigismund. de Herberſtein locô præmemoratô de fonte quodam Islandiæ mentionem facit ſatìs mirabili, quem ut miracula naturæ variè in aqua ludentis, neç inde naturæ curſui communi pro explicando phœnomine quocunque annumeranda magìs perſpicua reddantur, hìc adſtruere volui, utpotè cujus aquæ vapore res omnes, quas circumfluit, manente tamen formâ externâ ſubitô lapidis adinſtar indureſcunt.

§. 15. Sed hæc ùt rariſſima, ita & arcana naturæ prodigioſa ſunt; quorum cauſam rimari volenti non exigua faceſcerent negotia, tametsì aliqui eam in varios aſtrorum aſpectus, ac poſitiones, & ſyzigias refundere præſumpſerint, commoti forsàn per fontium nonnullorum phaſibus lunæ, auſcultantium mutationes.

§. 16. Longè alia videtur eſſe ratio frigiditatis aquarum mineralium, quàm adſtructum terræ nativum frigus, quam ſuppediant ſaturatæ tandem particulæ alcalinæ, etiam abſèntia ſulphurearum, quæ poſtquam diuturnô per cæcos ſcopulorum ductus, terrarúmque anfractus devolutæ motu fermentativô exemplis exantlato deferbuiſſent, motu interno deſtitutæ â calefactione ceſſant, unde aquæ indecurſu ſponte ſuânativam repetunt frigiditatem.

# CAPUT V.

## De perpetuatione virtutum, ſeu Virium aquarum mineralium.

§. 1.

NAturam in rerum naturalium metamorphoſi aſcendendo, & deſcendendo, id eſt, circà rerum generationem, & reductionem in prima ſua principia, quòad ſummo placebit

cebit Creatori, continuò eſſe occupatam quotidianæ rerum docent viciſſitudiues, neque unquam illam deficient media, quibus operationes ſuas â mundo condito ordinatas exercere conſuevit; omni námque temporis ævô rerum omnium principia incorrupta permanent, & licèt quis indies compagem corporum deſtruat, principia eorum omnem eludent conatum hominis, & in naturæ providentis condum in alios usque uſus aſſervanda, aut ſeſe recondunt, aut ſubitò aliud conflantes compoſitum coëunt, & ſic in ſœcula indefeſsâ ſubſiſtentiâ perdurant.

§. 2. Hæc rerum principia nobis licèt inviſibilia per omnem mundi plagem diffuſa nullibi non exiſtunt, variâque larvantur formâ, nunc fumi, modò vaporis, vel liquoris, &c. ſicque per omnia mundi ſub-& ſuperterranei loca vagabunda oberrantia naturæ, ubicunque occaſio, aut generationis, vel nutritionis poſtulaverit, promptas ferunt ſuppetias, ſeque naturæ accomodant niſui, & termino, ſeminúmque, & fermentorum, ùt & matricis ſequuntur indolem.

§. 3. Non diffilculter itàque conjectatur, quotieſcunque per aquam menſtrualem mineras lambentem corpora earum principia versùs ſolvendo comminuuntur, ac deſtruuntur, ob principiorum, cæterorúmque requiſitorum præſentium in promptu eſt regeneratio: ùt etiamnum hodiè in ſalinis vulgò Salzberg præter Becher. in phiſ. ſubterr. plurimis in locis quotidiana ſalis coctilis teſtantur commercia in ævum duratura: hæ enim, cùm prorsùs aquæ dulcis immiſſione elixantur, poſt aliquod temporis intervallum rursùs replentur, iterùmque ſufficienter imprægnant aquam ſalſedine, coctione poſtmodùm extrahenda. Inde tamen materia regenerationi hujus ſalis accomodata non deficit, quamvìs ſal ille ſalſus in longè majori copia per aquas extrahatur, quàm partes minerales, & metallicæ in aquis medicatis.

§. 4. Licèt itàque aqua ſale ſulphuris embrienati eſurino turgida de marcaſitis, pyritis, ac minerarum corporibus indeſinenter tantillum diſſolvat, atque per terræ meatus ad ſcaturigines

deferat, id tamen per fermentum illud univerſale aſſiduò reſacri-ri, aquam nimirùm ad medalleſcentiam diſponendo credibile eſt, aqua enim, ut notat Helmontius progymnasm. metheor. §. 7. transformatur, vaditque, quò eam vocent, & abducunt ſemina, & pro varia ſeminum, fermentorùmque habitudine in varia tranſit corpora, in vegetabilia, animalia, aut mineralia, omnia námque ex aqua produci, ſuperioribus probabile eſſe probavimus, ſic autem *Boyle de orig. form. & qualit, ac de gem.* corpora terrea, gemeas, aliósque lapides perſpicuos, & pretioſos aquæ eſſe fructus aſſerit, ùt & in mari plurima ex aqua generari videmus corallia, conchas, ſuccinum, variáque bituminum genera, ſic in mari propè inſulam *de bona ſpe* usque ad inſulam *Triſtan de Cunbhaa* ſpongiarum, arundinúmque genus quoddam invenitur *luſitanis Trombas* dictum. Ad littus inſulæ *Madacaſcar* ſuperficiei Saxorum mari immerſorum alba, & rubra corallia affiguntur aquarum ſoboles, idque etiam ægyptiaco, & præſertim mari rubro familiare eſſe affirmat Hapellius in mundo mirab. trip. cap. 6. pag. 146. maria quoque ſub zona torrida præſertìm in *Madacaſcar*, *Braſilia &c.* optimâ ambrâ littora beant, in oceano *luſitanis* Mardi *ſargaſſo* dicto, teſte eodem, tanta ejusdem herbæ Holandis petroſelinum dictæ, ab analogia foliorum, in copia creſcit, ut navigantibus eminùs eò proſpicientibus Inſula gramine undique obſita videatur, licèt procul undique ſpatium illud diſſitum ſit â terris, ac mare ità profundum, ut fundus nullâ bollide explorabilis ſit unde quivis facilè conjiciet radices illius herbæ nullibi locorum infigi terræ, ſed aquæ totam eſſe progeniem.

§. 5. Similis herbæ mentionem facit R. Pater Athanaſins Kircher in arte magna lucis & umbræ, quæ in mediis excreſcit undis, quam ſe vidiſſe in mari Baltico Nymphææ ſpecie, fatetur Becherus in phyſ. ſubterr. quin, & in Hungaria in medio aquarum nonnulla pullulare vegetabilia, quorum radix terræ fugit commercium, aliquibus in locis deprehendimus, ſed non tantùm

vege-

vegetabilia aquæ eſſe fructus, verùm & animalia ex eo colligimus, quòd ex aquis putreſcentibus varia progignantur animalcula, imò omne ſemen animalium liquoris aquei venit forma, Metallis pariter, & mineralibus principium generandi eſſe aquam quandam metallicam mercurialem, & ſulphuream, quæ eorum eſt materia propinqua, innuit D. Thom. in Commentario ſuprà 3tium lib. Ariſt. de meteor. dum inquit: *Conſiderandum autem eſt circà principia materialia metallorum, quæ ſunt in duplici differentia, quædam enim ſunt materia remota, ſicut eſt vapor incluſſus in locus lapidoſis terræ, alia autem ſunt materia propinqua, & hæc ſunt ſulphur & mercurius*: ſcilicèt duo in una liquidate mercurii, quæ vocatur Rebis, hæc in terræ viſceribus aſcendendo & deſcendendo ſe invicem apprehendunt, cöeunt, ac in unum coäleſcunt, tandémque ad inventâ debitâ matrice in corpora plùs minùs perfecta concreſcunt, de quibus prophetiſſa Moyſis Soror: *Fumus fumum complectitur, & herba alba in monticulis capit utrumque*, ubi per fumos ſubìntelligit ſulphur, & mercurium formâ vaporis terram oberrantis per herbam autem albam corpus quoddam ſalinum, in quo prædicta tanquam in matrice figuntur, & aquam metallicam, ſeu argentum vivum conſtituunt, ex quo cœtera metallorum genera ducunt originem.

§. 6. Si autem debite deſtituantur matrice, in fluores metallicos Berg-gurr abeunt, & lactis inſtar quandóque profluunt, ùt & aquis ſæpiùs permiſcentur, in quibus, cùm ſemen metallicum illæſum retineatur, debitam tandem nactum matricem etiam nonnunquem in perfectum metallum concreſcere veriſimillimum eſt, ſiquidem inde auriferos ortum ſuum habere fluvios, qualis eſt *Pactolus & Ganges* in India Oriantali, *Marmaros* in Tranſylvania, *Mura* in Styria, *Iſter* in Panonia *Rhenus* in Germenia, *Badus & Ticinus* in Italia, & plures alios mihi perſuaſum habeo, unde cum aquis mineralibus principium illud metallicum ſal ſcilicèt univerſale centrale ſulphureo-mercuriale ineſſe ex ſuperioribus ſupponamus, paritérque effluvia talia per totum

tum terræ globum ubique oberrent, ac omni generationi metallicæ ſuppetias ferentia, ubique locorum naturæ quasì ad nutum prompta exiſtant, facili marte concipiemus ſubſtantiam mineralem per decurſum aquarum ſolventium deperditam his mediis ſuppeditante proportionatâ matrice indies quasì reſtaurari, minera enim per aquam delabentem ſoluta & exhauſta energeticis ſuis conſtitutivis âb appellentibus dictis fumis mineralibus, & metallicis ſensìm è radice in priſtinum repullulat ſtatum, ac priores recipit impreſſiones aquis denuò communicandas.

§. 7. Nec obeſt, quòd partem quoque matricis cum iis diſſolvi. ac ab aquis evelli contingat, id enim totum aquæ proteismo, principiísque metallicis continuò aſcendentibus naturà ſic operante recompenſatur, quæ inſtantaneè ſparſim ex aqua duriſſima producit corpora, ùt in fontibus lapideſcentibus multoties videre eſt, ubi tribus aut quatuor aliquendo paſſibus â ſcaturigine aqua defluens concreſcit in lapidem, qualem ſe vidiſſe teſtatur Becherus in phyſ. ſubterr. pag. 255. ex crypta deſtillantem, quæ vix terram attingens in durum ſaxum coäluit. Simile quid videre mihi contigit in Sepuſio propè neupagum, ubi in monte oppido illi adjacente fons ſcaturit, cujus aquæ quinque, aut ſex paſſuum â fonte diſtantia in lapidem concreſcunt ſpongioſum, ità quidem, ut coäcervatione illorum collis ſurexerit tuberoſa, & ſic pro diverſa ſui modìficatione in varia diſtrahitur concreta, unde licèt, pyritarum pars ſolutione in aquam fatiſcat, ejusdem tamen aptitudine defectus â natura nunquam feriante facilè ſuppletur, quæ per ſe invicem ſuccedentes mutationum periodos ad concreti usque terminum decurit indiſpoſitâ etiam nonnunquam materie, ſi enim, ut notat *Helmontius Tract. cauſ. & init. rerum natur. §. 3. diſpoſitionem amicam agens in materia reperiat, bene quidem, ſin minùs, facili negotiô eandem ſibi parat.*

§. 8. Nec mirum videri debet, quòd una, eadémque res ſimul ſit cauſa generationis, & deſtructionis, ſiiquidem Ariſto-

telis

telis hoc dudum agnoſcentis effatum eſt: corruptio unius eſt generatio alterius etiam in eadem linea, ſic putrefactio eſt cauſa corruptionis corporis cujusdam v. g. ſeminis, tritici, fabæ &c., & ſimul eſt cauſa regenerationis ejusdem, ità ſimiliter philochymicis notus eſt quidam liquor, ſeu aqua metallicà, quam ſuum dicunt mercurium, quô mediante corpus auri ſolidiſſimum in corruptionem putrefactivam deducitur, iterúmque eodem aurum perfectiſſimum generatur, manet ergò verum mediante hac aquâ matallicâ fieri reductiones, & generationes corporum mineralium, hincque fontium medicatorum in ævum perpetuari virtutes.

§. 9 Pro concluſione hujus capitis addam adhuc illud *Lulii* lib. de 5. eſſent. diſt. 3. ubi de inſtantanea mineralium mixtione artificiali ità loquitur: *Si in alchimia eſſet aurum, vel argentum, & ſubſtantivum vegetabile non aurificaret, aut argentificaret, & transmutaret primam quidditatem per primam localitatem, ſcientia falſa eſſet, ex eo, quia aurum & argentum, & pontentia vegetativa, eſſent in aliquo actualiter, ubi eis propriè competeret aurificare, & argentificare, & transmutare, quod tamen non facerent, quod eſſet contrà curſum naturæ, quia ſic ſequeretur, quòd eſſe poſſet aliquis locus in natura, ubi principia naturaliter poſſent eſſe vacua, quod natura ſufferre non poſſet, quia eſſet contrà ſuam definitionem, cùm natura ſit id; per quod omne naturale ſit plenum:* hæc Lulius; ubi per aurum & argentum non intelligit aurum, & argentum vulgare, ſed philoſophicum, id eſt principia metallorum: ſcilicèt ſulphur, & mercurium, per vegetabile verò ſubſtantivum vas recipiens, ſeu matrIcem, quæ ſi debitô modô conveniunt, neceſſariò in corpus minerale coäleſcunt, unde jurat *Baſilius Valentinus* Tract. de lap. philoſ. eſſe veritatem omnium veritatum, quód præſente animâ matallicâ, ſpiritu, & corpore metallicô, ibi neceſſariò ſit mercurius, ſulphur, & ſal metallicum, quæ neceſſariò conſtituunt corpus quoddam perfectum metallicum.

§. 10 Cùm ergò hoc arti conceſſum ſit, quòd habitis principiis, cæteríſque requiſitis in momento ſequatur mixtum, cur idem naturæ, cujus tantùm miniſter eſt artifex, negandum foret? præſertìm cum mineralia ſolâ accr tione generentur, & nullis inſuper particularibus figuris, & formationibus indigeant, nec organis diſtincta ſint, ſed prorsùs, homogenea, quæ accretio unâ actionis periodô abſolvi poteſt, quamvis nuda accretio non ſit; ſed talis quâ ſicca & humida ſe invicem appetunt, quemadmodùm aqua & calx viva in unum concretum coëunt, licèt noſtrum captum ſimilia excedere videantur, natura enim ſollicitas noſtras ſpeculationes, curas, & cautelas ſæpè ridet, & leviſſimô, ac placidô quodam modô magnâ fertillitate ſubterraneorum copiam indefeſsè profert, idque ſinè vaſis, vitris, organis deſtillatoriis, igne, certíſque ejusdem gradibus, & longè quidem feliciùs, quàm anxii alchymiſtæ ſuis deſtillationibus, incerationibus, ſolutionibus, & coägulationibus, magnô ingeniô, ac ſtudiô quæſitis ſuum nonnunquam tot annis magiſterium aurificum excoquunt. Hæc enim quandóque ex ipſa aqua in momento quasì duriſſima producit corpora, ùt Saxum illud inſtantaneum ex aqua, de quo §. 5. hujus capitis ex Bechero memini, qui idem locô citatô adamantem mixtum ipſo aurô fixiùs & perfectiùs, ſingulô trienniô in eadem Glarea generari, & reperiri, ubi anteà effoſſus erat, perhibet, dicítque Indicarum rerum peritos teſtari metalla in locis convenientibus minerarum paucô tempore, unde anteà effoſſa erant, nonnunquam regnerari, additque exemplum, metallicolam quendam clavum ſuum ferreum in antro reliquiſſe ac poſt menſis ſpatium argentea excreſcentia obductum reperiſſe; quibus bene trutinatis facilè conſequimur perpetuam virtutum medicarum in aquis mineralibus perenitatem.

CAPUT

# CAPUT VI.

## De Spiritu, ſeu Sale univerſali, Centrali, Terræ & Aëro.

§. 1.

CUm toties hucusque de ſale univerſali aëreo & centrali facta fuerit mentio, cúmque potiſſimam aquarum mineralium cauſam efficientem ſuperiùs ſtatuerim, operæ pretium eſſe duxi, ut minùs rerum cauſarumque naturalium gnari de ejus quidditate, & exiſtentia in rerum natura erudirentur, propriô de eo capite quædam tractare, quamvìs magìs fundamentalia fuſiori doctrinâ in phyſica mea tripartita ſectionis primæ de rerum naturalium principiis remittam, cùm autem liber ille tam brevi tempore prælo ſubjici, aut lucem videre non poſſit, nè in hoc meo tractatu thermali fundamenta meæ ſententiæ ſinè fundamento jeciſſe videar, hôc capite in ſequentibus magìs ad captum ejusdem neceſſario proferam.

§. 2. Multi quidem doctiſſimorum etiam virorum de hoc ſale univerſali mentionem faciunt, variiſque torquentur ſententiis, ità quidem, ut non tantùm de ejus quidditate varii variè inter ſe ſenſerint, ſed etiam de nomine diglatientur; aliquibus enim *ſpiritus* audit *mundi*, non quidem, ùt optimè monet excellentiſſimùs & eximius Doctor Gründler in Roitſchorene tractu lectu digniſſimô, Archæus ille macrocosmicus, de quo veteres ſomniârunt, quòd ſit magnum animal, cujus omnia corpora in univerſo mundo exiſtentia ſint tantùm partes integrantes, & inter ſe accidentaliter tantùm differentes, hanc enim ſententiam tanquam hypogripham ſanctiſſima mater Eccleſia rejecit, & docere prohibuit, ſed per ſpiritum iſtum intelligunt ens quoddam univerſale ſulphureo-mercuriale nitroſæ indolis, ùt poſteà audiemus; Aliis *ſolvens agénsque naturæ chatolicum dicitur, ùt Ett-*

*müllero in phar. in Schröd.* aliis *ſal naturæ ſubſtantiæ ætherea cœleſtis ſal centrale & hermeticum*, *ſeu avicula Hermetis* ex eo quidem appellatur, quod Hermetem Trismegiſtum in tabula ſua ſmaragdina id ſubintelligi vnluiſſe perſuaſi ſint. Helmontio venit Etymo ſalis ſulphuris embrionati, quod defectu nominis eſurinum, ſeu acetoſum vocari voluit, hinc in ſuppl. de font. ſpa. illud cum ſpiritu ſulphuris per campanam præparato (quem Becherus, & ipſe etiam Helmontius aëris eſſe ſobolem inculcat) quandam habere ſimilitudinem affirmat. Verùm nè Ethymologiæ nominis diutiùs inhæream, ad ejus genealogiem, quidditatem, & in univerſo exiſtentiam hôc capite probandam, & explicandam me conferam.

§. 3 Genealogiam mirabilis hujus entis ubique exiſtentis, & paucis cognoſcibilis absque hallucinatione juxtà leges naturæ rectô tramire deſcribere arduum profectò eſt negotium, nîl minùs univerſi conſiderantes reginem, proceſſum, & conſervationem ſupereſt, nobíſque ſuggeritur medius quidam terminus, quo argumentô forsán non ineptô ad ejus pertingere poterimus geneſim.

§. 4. Videmus indies mirandas à ſole, & luna, ſeu potiùs earum continuo in ſublunaria influxu rerum ſublunarium alterationes, & matamorphoſes, lunæ quidem vaſibus aquæ auſcultant marinæ, aquatilia, creſcunt, & decreſcunt, animalium terreſtrium turgent, & ſubſidunt cerebra, ligna ſect a putredini reſiſtunt, vel obnoxii ſunt, & ſexcenta alia, quæ pagella non capit. Solem varia ingredientem ſigna zodiaci ſequuntur manifeſtæ temporum viciſſitudines, creſcentium motus & quies, præſentiâ ejusdem recreantur animi, abſentiâ lugent. &c. Verùm cùm alibi ſpecialiter de horum luminarium influxûs effectibus loquendi dabitur occaſio, hìc ſufficiat ad noſtram intentionem paucis apſſimis lectorem monuiſſe.

§. 5. His ſtantibus, cùm ſinè medio non detur actio in diſtans, facilè percipimus ſolem, lunamque mediô quodam, nobis

nobis licèt imperceptili agere in ſublunaria, medium autem, quo actio in ſublunaria peragitur, debet eſſe ſubſtantia quædam ſubtiliſſima per univerſum diffuſa, cùm in omni mundi angulo horum influxuum In ſublunaria experiamur impreſſiones, imò non tantúm in ſuper-ſed & in ſub-terraneis; hanc autem ſubſtantiam aliud eſſe vix poſſe exiſtimo, quàm radios in ſublunaria â luminaribus iſtis majoribus emiſſos, neque exiſtimandum radios iſtos nihil eſſe ſubſtantiale, ſiquidem vaſorum vitreorum ope peculiari quodammodò factorum, & artificiosè diſpoſitorum collectos ſolis radios in pulverem fuſci coloris, aut purpurei in rubrum vergentis præcipitatos fuiſſe per virum quendam, fidei ſynceriſſimæ Comes Dybæus tract. de immortalitate animæ parte primâ Cap. 7. pag. 46. §. 8. ſe vidiſſe affirmat, neque fraudem ullam huic operationi ſubeſſe potuiſſe ſubjungit, quia nihil in vaſis, antequam diſponerentur, continebatur, peragi etiam debuit in calidiori anni tempeſtate, ut talis effectus ſequeretur, & hac operatione aliquibus diebus duæ ferè unciæ colligi potuerunt, naturam autem illi fuiſſe mirè ſubtillem, quem ipſum etiam aurum corporum omnium graviſſimum, ac ſolidiſſimum vi ſuâ, ſic dicendo, ſpirituali penetrare aſſeruit; quod idem radiis lunaribus vix derogendun erit, quamvis modus eos colligendi, & in corpus cogendi nondum innotuerit, tantum tamen ex Helmontii experimento, quo radios lunæ plenæ in cono concentratos frigidos eſſe ſenſit, imô frigidiores cæteris conum ambientibus hariolari poſſumus eos magìs ad aquæ, quàm ad ignis accedere naturam, unde ad putredinem res ſublunares eos diſponere multis effectibus experimur: ſic ligna in plenilunio ſecta citiùs putreſcunt, quàm in novilunio abſciſſa. Sic etiam teſte præcitatô Helmontiô tract. form. ortûs pag. 137. §. 55. ſub linea æquinoctiali citò putrent omnia ob lunæ continuam propinquitatem, ità quidem, ut ſi homo, vel brutum unâ ſaltem nocte ſub luna mortuum pernoctaverit, ſequenti manà cadaver putrilagine diffiuit, denique teſte eôdem §. 57. locô citatô, ſi rana ſub plenilunio atrociſſimo

hyemis borea effodiatur, abluatur, & baculo alligetur in agro, ſequenti manè reperitur alba quædam ac transparens mucilago liquatum Iragacantum referens, ùt quivis facilé experiri poteſt, quemadmòdum enim aër fermentationis, ità aqua putrefactionis inſtrumentum eſt.

§. 6. Nunc quemadmodùm radii lunares ad aquæ accedent naturam, ità ſolares ignis æmulantur indolem, ùt luculenter patet ex iis vitrô lenticulari concentratis flammam in ſubjecto combuſtibili excitantibus, ità quidem, ut omninò ignei cenſeri poſſent, quamvìs ignis ille noſtro hôc vulgari ſubtilior longé, magìsque elementi ſimplicis naturâ gaudens habendus ſit, qui tamen, ùt ex ſupradictis patet, artificiosâ operatione in corpus palpabile, cæteríſque ſenſibus perceptibile, cogi poteſt, licèt ſubtiliſſimum maximéque penetrativum ſulphur naturæ referens, calidum & ſicum, quemadmodùm radii lunares frigidi, & humidi ſalis quasì alcalici aquei naturam induunt, qui medio in aëre, aut corpore etiam lunari radiis ſolaribus ſulphuris unitiens quoddam producunt humidum unctuoſum, quasì nitroſum per omnem mundi plagam diffuſum, adeóque univerſale inſignibus naturæ uſibus deſtinatum, ùt poſteà audiemus.

§. 7. Hos meos ſenſus confirmare videtur tabula illa Hermetis Smaragdina, quæ ſic ſonat: verum ſinè mendacio certum & veriſſimum: quod eſt inferiùs, eſt ſicut id, quod eſt ſuperiùs, & vice versâ, ad perpetrandum miraculum rei uniuscujusque, & ſicut res omnes fuêre âb uno mediatione unius, ſic omnes res natæ âb hac readoptatione unius: pater ejus eſt ſol, mater ejus luna, portavit illud venter, id eſt, aër, in ventre ſuo. Quid, quæſo, clarius pro ſtabilenda mea de hoc ente ſententia eſſe poteſt? quid enim per ſuperiùs, & inferiùs aliud intelligitur, quàm, quòd, quemadmodum ens hoc univerſale aſtrale in aëre univerſo diffuſum eſt, ità & ſubterranea eodem plena ſunt, imò non tantùm univerſaliter, ſed & particulariter in omni invenitur corpore ſui generis humidum radicale & calidum innatum, quæ terreâ

qua-

quadam mole incorporata corpus quodvis plùs, minùs tale conſtituunt, humidum quidem lunæ, calidum verò ſoli debetur, quæ duo ens conſtituunt humido-calidum, quod propter calorem eſt unctuoſum, propter humiditatem fluidum, adeóque illud Alberti magni humidum unctuoſum ſubtile incorporandum terreſtri ſubtili, id eſt rebus ſublunaribus: in quavis enim re, ut bene notat Beckerus in ſupplemento in phyſicam ſuam ſubterraneam cap. 2. pag. 582. invenitur pinguedo, omnis autem pinguedo duplicis eſt ſubſtantiæ, una quidem flagrat, adeóque ſulphurea eſt, altera verò fumat, & ſalis eſſe fœtus agnoſcitur, illa ſolis, hæc lunæ naturam imitatur, eſt itáque id, quod eſt ſuperiùs, ſicut id, quod eſt inferiús, ad perpetrandum miraculum rei uniuscujusque, cujus vis integra eſt, ut habetur in eadem tabula, ſi verſum fuerit in terram, id eſt, ſi moli cuidam terreæ incorporatur, quod optimè indigitat Anaxagoras Clazomerius, dum inquit: ſol noſter eſt rubens, & ardens, qui conjunctus eſt animæ albæ, & naturæ lunæ ſpiritus medio, nempe medio aëris, huic effectui diſpoſito, ex quibus ità conjunctis emergit ens illud univerſale tantopere deprædicatum.

§. 8. Nontandum autem ens hoc univerſale non nihil eſſe acidum, ideóque dictum aliquibus acidum univerſale, majorem tamen ſubterraneis incorporatum halitibus contrahit aciditatem, ſiquidem omnis aciditas terreis, iísque exaltatis, & rarefactis debetur particulis, ut pluribus probabitur in phyſica mea tripartita, hæ autem particulæ terræ cùm rariùs difficiliúsque eleventur in aërem, ut locô earum aſcendant magìs aqueæ ſubtilliores tantum, magísque dilutæ, & humiditate extenuatæ terreæ, aciditas hujus entis minûs redditur perceptibilis.

§. 9. Exantlatâ nunc ſalis, ſeu entis hujus univerſalis genealogiâ & quidditate reſtat ejusdem probonda in rerum condo exiſtentia, quam Borellus in obſervat. ſuar. centur. 1ma obſerv. 2. his verbis inſinuare videtur; in aëre, inquit: eſt quædam ſubſtantia 5ta aquæ vitæ ſummè rectificatæ, cælíque naturam retinens.

nens, quæ ſic â ſole ſinè individuorum læſione accenditur, optimum ſpirituum noſtrorum pabulum, & occultus vitæ cibus, quod ultimum, uſum hujus entis in animalium reſpiratione indigitat, de quo poſteà.

§. 10. Deinde exiſtentiam hujus ſatis in aëre probant experimenta varia â variis authoribus allata, quorum unum eſt, de quo capite præcedenti facta fuit mentio, terram nimirùm exanimatam vitrioli, nitri, aliorùmque corporum mineralium aëri expoſitam ſucceſſu temporis in priſtinum regenerari minerale: ità etiam ſcoriæ, vulgò Schlakhen / exuſtæ, & â mineralibus, & metallis depauperatæ ex uſtrinis foràs rejectæ, ſub diu poſt tempus aliquod elapſum priſtinam reaſſumunt forman mineralem, ſeu metallicam: quod ego propè Rosnaviam in ſuperiori Hungaria in valle quadam Szepuſium versùs, ubi quondam uſtrinæ cuprariæ ſteterant, hincque magnus ſcoriarum cumulus congeſtus erat, omninò verum eſſe oculis, & igne deprehendi, quam regenerationem enti cuidam in aëre exiſtenti, ac in competenti quasì matrice concepto metalleſcenti tribuendum eſſe nullus non videt, huc referatur etiam experimentum meum Cap. 10. §. 25. allatum, quo vix non ad oculum exiſtentia hujus entis, ſeu ſalis in aëre confirmatur.

§. 11. Percurioſum eſt, quod in nova relatione de itinere quodam in ægyptum facto per *Patrem Vansleb* gallicô idiomate edita, & poſteà *in journaldes Scavans* Tom. 5. *annô* 1677. de exundatione Nili inſertum legitur, authórque ſe hujus rei oculatum teſtem eſſe perhibet, in latinium verſum ſic ſe habet: decimâ 7ma Menſ. Junii exoriente die ſingulis annis depluit de cœlo ros, qui incolis ægypti *gutta* appellatur: hic ros cauſat intumeſcentiam Nili, ſed ros ſtatìm â caſu incipit ſucceſſivè corrumpi, viridémque aſſumere colorem fertilitatis ſubſequentis prælu, dium, qui color indies augmentatur, usque dum in tantum virorem exaltetur, ut terra quaquà versùm quasì muſcò viridi coöperta videatur, durátque hic color ad vigeſimum quandóque

dóque diem, & nonnunquam etiam diutiùs, ità tamen, ut quadrageſimum nunquam transſcendat, hinc tandem Nilus ſenſim accreſcens, & alveô ſuô contineri impotens longè, latéque effunditur, ac rorem ſuper prata, & agros diffuſum diluens ſal univerſale unâ cum rore deſcendens in penetralia terræ demergens, terram locô pluviæ (nam integrô annô in ægypto quasì nunquam pluit) mirum in modum fœcundat, hinc eſt, quod aqua pluvialis majorem, qnàm aqua fluminum vegetabilibus conciliat fertilitatem, quamvìs etenim aquæ fluviatili hujus entis univerſalis conſortium non omninô ſit denegandum; attamen in ea ſal illud univerſale magìs dilutum & diſperſum eſt, aqua verò pluvialis plena quasì hôc ſale turget, hæc enim per aërem decidens ſal hoc aërem ſecum ad terram rapit, terrámque mirum in modum fœcundat.

§. 12. Eſt quidem hoc ens univerſale per athmoſphœram. totámque terræ molem univerſaliter diffuſum, nihilominùs uni ſubjecto magìs, quàm alteri appetitu quasì innatô inhæret, quemadmodùm ſunt terræ alcalinæ, qualis limo, ſeu argillæ ineſt, cum quibus in compoſitum terreum plùs, minùs, pingue concreſcit, ex quo etiam, licèt non nihil alteratum, lege artis ſpagyricæ elici poteſt, quemadmodùm inſtructi ſumus Cap. 3. §. 3. ubi ex terris argillaceis ſpiritum deſtillari poſſe diximus, ſpiritui univerſali analogum, quem Becherus locô ibi citatô terram ità fœcundare teſtatur, ut vix credibile ſit, quidquam in rerum exiſtere natura, quod majorem terris conſiliat fertilitatem, quod idem ſæpiùs experiuntur agricolæ; agros nimirùm argillâ, ſeu terrâ pingui obſitos ditiſſimas proferre ſegetes.

§. 13. Aëre etiam ſerenô, innubóque ſole, utpote aqueis vaporibus tunc minùs dilutum, & diſperſum majoris eſt virtutis, & energiæ, quia purius, hinc eſt, quòd per reſpirationem attractum ſpirituum animalium genrationi magìs ſit accommodatum, ac animalia, præſertìm homo, ſerenioris ſint animi, ac in lætitiam effundantur, unde pro puritate hujus ſalis, ejúsque

F copia,

copia, vel inopia in aëre ſalubrem, vel inſalubrem, ducimus vitam, quò magìs enim aër terreſtribus exhalationibus & marinis vaporibus abundat, parúmque balſamini hujus ſalis in ſe continet, eò inſalubriorem ducimus vitam, ùt benè ſentit Coſmopolita, hoc etenim ſal balſamicum juxtà mentem citati authoris alimentum eſt pulmonum, & nutrimentum ſpirituum vitalium, hoc eſt illud ſal mirabile, quô Cornelius Drebler ſuos in anguſta domo ſub aqua clauſos animô deficientes hoſpites, poſtquàm omne balſamum in ſecluſo aëre, in quo ipſi occluſi erant, reſpirando conſumſerant, aperiendo quandam phialam, ſal hoc univerſale concentratum continentem, ut per iſtum vetuſtum, ac exhauſtum aërem novos diffunderet ſpiritus, recreare, & refocilare ſolebat; eſt ergò balſamicus iſte ſpiritus per aërem diffuſus potiſſima cauſa reſpirationis noſtræ, ut ſcilicet ſpirituum animalium generatio perpetuetur; inde eſt, quòd absque reſpiratione vivere non poſſimus, benè igitur Borellus ſuperiùs citatus balſaminum hunc ſpiritum optimum ſpirituum noſtrorum pabulum, & occultum vitæ cibum nuncupat, quod confirmat obſervatio Anglicana, quô deprehenderunt aërem ab homine per reſpirationem ſemel attractum, illicò reſpirationi ineptum fieri, ut inſequentibus attractionibus totus inermis, ac nullius utilitatis ſit, ſuffocationémque aut deliquia animi minetur, nisì novô hôc ſalinô balſamô imprægnetur, quod ſæpiùs in anguſtioribus templis, ac conclavibus undique clauſis, multósque homines recipientibus accidiſſe exempla teſtantur.

§. 14. Quemadmodùm animalia pulmonibus inſtructa absque vitæ diſpendio hôc ente carere non poſſunt, ità ſimiliter res cœteræ naturales etiam inanimatæ ad ſuam conſervationem, & vegetationem eô indigent, quod Hermes Trismegiſtus affirmat, dum inquit; *Cælum, ſeu lapis, aut ſpiritus ille eſt ſecretum, & vita uniuscujusque rei, & omnis homo indiget eo, & hæc eſt aqua, quæ eſt in tritico frumentum, & in oliva oleum, & in perſicis gumi, & in omnibus arboribus fructus, & principium*

*cipium generationis.* Unde pulcherrimè ſuper hoc ente gloſſatur ſœpiùs laudatus Becherus in ſupplemento in phyſ. ſuam ſubterr. Cap. 5. pag. 609. his verbis : *in quo nimirùm hoc ente balſamico univerſali, omnium ſyderum influentiæ ſulphureæ, & ſalinæ, igneæ, & aqueæ ſubtiliſſimœ terreſtreitatis vinculô, dulci viſcoſitate conjunctæ, & ubique reperibiles ſunt, quàm verè, & quamdiu corpus quoddam conſervatur, tam verè, & tam diu hæc eſſentia excellit, & quàm verè ſol mundum hunc illuſtrat, tam verè hic vitalis ſpiritus fons, & principium vitæ, ac omnis generationis eſt.* Hæc ille, eſt denique quinta rerum eſſentia ex quatuor elementorum circulatione, alternatione, & commixtione ſurgens, eorum ſcilicèt ens quintum puriſſimum, non tamen anima rerum : ut benè notat ſcalliger exer. 307. ſect. 20. dum ait : *omnis forma cujusque perfectè mixti, etiamsì non ſit anima, natura tamen eſt quinta, longè alia â quatuor elementis..* Sed ſubſtantia aſtralis cœleſtis indolis & naturæ, de qua Ariſtoteles ſecundâ de gener. animal. Cap. 3. loquitur his verbis: *ineſt ſeminibus facultas quædam fœcundativa ſeminis, ſeu Spiritûs, qui in ſemine, ſpumosóque corpore continetur, & natura, quæ in eo ſpiritu eſt, reſpondit proportione elemento ſtellarum* vipelicèt effluviorum aſtralium concubitu progenita, præprimis ſolis & lunæ, quorum effluvia continuo ſublunaribus influunt medio in aëre ſe invicem complectentes, énsque hoc ſalino-balſamicum componentes, quod miraculum naturæ, de quo hactenùs locuti ſumus, & omnibus implantatum eſt mixtis, tanquam eſſentialis, & ſubtiliſſima mixti pars elementalis tantis naturæ uſibus deſtinata.

§. 15. Notandum pro Coronide hujus entis conſtitutionem maximoperè medico eſſe contemplandam, ejúsque in corporis humani affectionibus procurandis maximam habendam eſſe rationem juxtà Regionum, locorúmque differentiam, ſal námque iſtud balſamicum vitalis neceſſitatis, per inſpirationem attractum bronchia pulmonum ſubit, noſtræque maſſæ ſanguineæ


conti-

continuò per pulmones circulanti communicatur, & permiſcetur, atque ideò corpus humanum pro puritate, aut impuritate, copia, vel defectu ad ſanitatem diſponit, vel ægritudines; hinc aëris mutatio â medicis practicis præſertim in morbis cronicis, cum patientis ſublevamine ſœpiùs perſuaderi ſolet; quemadmodùm Gallenus phtyſicos ablegavit ad montem Tabias, celſus in ægyptum, hæc breviter quò ad conſultum eſſe videbatur, de hoc ente univerſali dicta pro hìc, & nunc ſufficiant, plura, magìsque fundamentalia, Deô dante, lector benevolus in phyſ. mea tripartita videbit.

# CAPUT VII.

## De Buda, ejúsque Origine, Authore, ætate, ſitu, & ſitûs comoditate.

§. 1.

BUdam germanicè Ofen Hungariæ Metropolim, Regiámque quondam reſitentiam ab Attilæ fratre nomine *Buda* annô ſalutis noſtræ 401. Attila interim in exterisprovinciis victricia bella gerente extructam ſuiſſe omnium ferè Chronographorum concenſus eſt. De nominis autem origine nonnulla inter eos oritur diſceptatio, quorum aliqui germanicum etymon, id eſt: Ofen / teſte Orteliô redivivô derivare volunt â fornacibus calcareis, quondam hìc locì frequentibus Aliter ſentit Salamon Scheiger in itinerario, qui â Rege Ovo tempore Henrici 3tii. Hungariam regnante hac Urbem Ofen / vel potiùs Ovon dictam fuiſſe perhibet. Latinô autem idiomate Budam nominatam eſſe nonnulli ab authore, ſcilicèt Cuda, alii â Budinis antiquiſſimis ſcytharum populis autumant: horum ultimorum numero accenſendus eſſe videtur Bomfinius in hiſtor. Panon pag. 17. ubi

ubi hæc habet : *Buda nova, & Buda vetus, utraque Danubiii lambitur aquis, â Budinis vetuſtiſſimis ſcytharum populis, qui cum Attilo Hunnorum* Rege *in Panonias deſcenderunt apellata; nè illis quidem aſſentiendum eſſe duxerim, qui â fratre Attilæ nominatam tradunt, ſi Herodotem & ſtrabonem diligentiùs iectitâſſent, aliter forsàn ſenſiſſent.* Pro priori autem ſententia ſequentia ex eodem Authore pag. 38. lit. *E.* militant : *quin etiam Budam fratrem,* ( de Attila ſermo eſt, ) *cui gubernationem ſcythiæ, ædificandámque Urbem in Danubii ripa, ſycambriæque ruinis Budam deinde dictam, delegerat, dolô captum interfecit, Ungarorum annales poſt cladem Catalonicam interfectum tradunt, quoniam, quin poſt ſubactam Mysniam, Thraciam, & Macedoniam, quum ex Gallia Attila ſycambriam rediiſſet, fratrémque ſycambriam, quam murô cinxerat, non Attilæ, ſed ſuo nomine, contrà mandata; Budam nominâſſe, eum dolô captum propriâ manu præ nimia ira obtruncâſſe prodiderunt.* Et paulò poſt Attilam fratris necem excuſantem, ſic loquentem introducit : *Deinde, ut Sycambriam Urbem olim populi Panoniani ex legione auxiliatrice conflatam, eductámque è ſycambris extremis Germaniæ populis, quandoquidem multas quondam Romani legiones, præſertímque Romanas in Danubii ripa collocarant, ut Barbaros tranſitu fluminis inbiberent, non modò inſtauraret, ſed mœnibus longè amplioribus circumduceret, demúmque meó nomine appellaret. Quid fecit infelix immemor edicti, immemor mei, qui fraternâ charitate in imperii ſocietatem, neminem corrivalem admittentis, adſciveram, mecúmque pariter regnare juſſeram, præ ambitione immodica, ut nomen, ac dignitatem meam ſensìm attenuaret, ut demùm unicus imperaret, Regiam ſedem contemptô mandato â ſe Budam nominavit.* Ex quibus clarè patet Budam âb Authore nomen ſuum traxiſſe, etiam impoſterùm retinuiſſe; ſubjungit enim author cit. pag. 39. poſtquàm dolor fratricidam corripuiſſet, pro manium extincti placatione Urbem juxtà fratris effatum Budam omninò appellandam eſſe ſtatuiſſe; inqientem : *Ego autem, nè fraternos manes nobis iniquos habeamus, edico,*

*edico, ut quæ infelix nuncupavit, vota præſtemus, inſtauratam ſycambriam, Budam appellemus.* His igitur ſi fides habenda de origine nominis dubitare nefas eſſet.

§. 2. Præterea colligitur ſycambriam ibi, ubi nunc Buda, vel ſaltèm ad mentem Iſtpamphii, qui ſuburbana Budenſia eô inter veterem, & novam Budam locô, qui ſycambriæ nomine appellebatur, ſtatuit, ſtetiſſe, non ùt quibusdam placet, ſuprà Budam veterem, ubi etiamnum rudera ejus Urbis ſupereſſe volunt, deinde Budam, ùt olìm, cùm in flore fuiſſet, totam in Saxo ad altitudinem ſatìs enato ſitam fuiſſe teſtatur Nicolaus Olahus Epiſcopus ſtrigonienſis, unde ibi, aut ſalttèm in ejus ſuburbanis ſycambriam quondam ſtetiſſe conſentaneum eſt.

§. 3. Sita eſt hæc Civitas, ùt ſuperius inſinuatum, in monte ad magnam ſatìs altitudinem enato, protenditur juxtà montis tractum â ſeptenrione in meridiem, ubi arcem habet ſibi adjectam non adeò magnô intervallò diſſitam, quondam egregiè munìtam, nunc verò belli ſævitie propriis ſepultam ruderibus, induſtriâ Excellentiſſimi, ac illuſtriſſimi D^ni.^ D^ni.^ S. R. J. Comitis de Regal Sac. Cæſ. Majeſt. Generalis armamentariorum Præfecti, & Commendantis præſidii Civitatis, & circumjacentium locorum, reædificatam. Ab oriente Danubius radices montis alluit, ad cujus ripam Urbs adſtructá eſt juxtà fluminis alveum in longitudinem protenſa ob fluminis vicinitatem Civitas aquatica Waſſerſtatt nuncupata: ex altera parte Danubii è regione Peſtinum adjacet, circà quam Urbem longè, latéque patet planities quondam Rakos appellata, erátque electioni Regum Hungariæ deſtinata; â meridie adjicitur prærupta, & alta rupes mons Sancti Gerhardi vulgò Gerhardtsberg/ quia hinc Sanctus ille bigæ alligatus per quosdam Ungaros in gentilismum relapſos in præceps actus erar. Aliis etiam ob munimentum quondam teſte Georgiô Kickvitz in deſcriptione totius Hungariæ inibi eréctum communiter Plocksberg audit, ad hujus pedem ſeptentrionem verſùs accumbit Raſcianica die Rätzenſtatt/ quâ aquilonem occaſùmque

sùmque reſpicit, montes ſurgunt viniferi, oculis gutturíque amœna ſpectacula, quæ ad plagam ſeptentrionalem usque protenſa hemiſphærium fortalitii concludunt, ad quorum terminum propè ripam Danubii novum quasì ſuburbium veterem Budam versùs exurgit, ubi thermæ mirum in modum ſalubres Cæſareæ Regiæque dictæ ſcaturiunt.

§. 4. Situs denique totius viciniæ peramœnus eſt, ità ut, quacunque ex parte proſpexeris, magnam inde capies voluptatem, ad quæ accedit aëris clementia, & bonitas, quæ tanta eſt, ut, etsì thermæ tam ſalubres abeſſent, infirmos adducere oportteret, purificatur námque præter id, quòd heterogeneis effluviis infectus non eſt, partìm flumine præterfluô, partim verò ventis vehementiſſimis, & frequentibus per vices redeuntibus, quorum impulſu aëris arcetur putredo, effluvia terræ, aliorúmque corporum noxia difflantur, & diſſipantur, sícque aër purificatur: hinc illud tritum de Auſtria: *Auſtria ventoſa, aut venenoſa*, ſic & *Malèt* in coſmographia de Inſulis Africæ in Inſulæ *Bourbon* puriſſimum, & ſanitati maximè congruum eſſe aërem refert, imò affirmat ſalubriorem nullibi in toto terrarum orbe exiſtere, ità quidem, ut non tantùm ſanitatem præſentem conſervet, ſed etiam eos, qui ex Europa eô confluunt, & per diuturnas navigationes morbos contraxerant, eô pertingentes intrà breve temporis ſpatium absque medicamentorum applicatione priſtinæ reſtituat ſanitati, cauſam deinde ſubjungit; Inſulam illam vehementiſſimis ventis peflari, ità ut inde navigantes ſæpiùs naufragium patiantur, ex ventis itáque ſœpe ſalus, nonnunquam etiam interitus, prius autem in depuratione aëris experimur indies, præſertim ſi inſuper locus eſt editus, fluviíſque approximatus, ùt felices hujus loci incolæ; aliíque huc confluentes abundè teſtari poſſunt, séque etiam experiri fatentur.

§. 5. Vanus itáque alienigenarum terror exiſtimantium Hungariam Germanorum eſſe tumulum appertum, quod quidem de aliquibus locis paludoſis effutiiſſe quosdam, & benè, credi-

crediderim, ſed inde totum regnum, ac omnia loca indiſcriminatìm inſalubritatis arguere perſtrictæ frontis aſſertum eſt. quòd autem inexperti Hungariam Germanis mortiferam deprædicent, non aëris inſalubritati, ſed multorum millium germanorum militum frameis turcicis victimam cedentium cladi, ac victûs ex parte rationi perverſæ, diætæque convenienti invadentium morborum truculentiæ ad lethiferum exitum viam paranti inibi neglectæ tribuendum eſt, quod ubicunque locorum in mundo ùt ùt ſalubrium, etiam in Inſula Bourbon ſuperiùs memorata, contingere poſſet. Accedit tamen aquas paluſtres plenis faucibus ab iis ardente ſyrio, bullientéque in corporibus ſanguine ob defectum fontium recentium potatas fuiſſe, quod hìc Budæ, utpotè omni genere victualium tam ſylveſtrium, quàm domeſticorum, ac infirmis appropriatorum ferculorum affluentis, ac præter vini optimi copiam limpidiſſimâ, frigidiſſimâ, ac puriſſimâ è proximis montibus proſiliente aquâ fontanâ, ſanitati minimè obfuturâ dotati, minimè timendum eſt. Nihil itáque huic Urbi, quod vitæ jucundè & ſanè degendæ ſuppetias ferre poſſet, & quod ad ſanitatem deperditam reſtiſtuendam expetitur, deeſſe, concludere audebimus. Ut autem theſaurus iſte Sanitati deperditæ recuperandæ ex liberali naturæ ſinu profluus luculentiùs populis innoteſcat, nunc propriùs ad præfixum accedere oportet ſcopum, nempe ad thermarum Budenſium genealogiam. Hinc ſit.

# CAPUT VIII.

## De Thermarum Budenſium origine, nominibus, numero, ſitu, & ſtatu priſcis temporibus.

§. 1.

QUondam longè plures Budæ fuiſſe thermas ex Chronologia variorum authorum facilè colligitur, imprimis quidem in Chronica Moſcovitica Germanicô idiomate Annô

annò 1577. edita pag. 146. inſerta eſt epiſtola Georgii Wernheri data ad Dominum Sigismundum Baronem de Herberſtein &c. in qua Budam cæteris Hungariæ locis majori thermarum frequentiâ dotatam eſſe refert, miratúrque tantam unius loci ratione caloris thermarum eſſe differentiam, ac tandem quasdam earum ſpecificè recenſet, atque infrà arcem Regiam thermas quasdam Regias dictas extitiſſe, alias verò ex petra in modum fornacis prominente ſcaturiiſſe, quam petram Turcæ, poſtquam Buda Othomannicæ ſubjugata tyrannidi ſiniſtras belli deploraverat vices, in majus ſpatium deduxerunt, thermásque iſtas cæteris eſſe excellentiores ſibi perſuaſerunt.

§. 2, Hinc ſuprà Budám ſeptentrionem versùs ſcaturiebant plures aquæ medicatæ, quarum pariter nonnullæ Regiæ die Kõnigs-Wäſſer / aliæ hoſpitales die Spithal-Wäſſer / quia noſocomio propè erant, nuncupatæ, quo ob exceſſum caloris ex parte, nisì aquis frigidis contemperentur, pro balneo inhabiles habebantur, nam tanti nonnullæ erant caloris, ut propè bullierint, ovúmque parvô temporis intervallô ad duritiem coquerent, unde quædam earum ſubdiu ſcaturientes *ad purgatorium* appellabantur.

§. 3. His adſtipulari videtur R. Patris Szentivanii S. J. in diſſect. paralipom. rerum mem. Hungariæ, ubi annotavit ex manuſcriptis Nicolai Olahi Archi-Epiſcopi Strigonienſis, ac Primatis Regni Hungariæ ex parte ſeptentrionali Civitatis thermas fuiſſe, quæ, cùm propè noſocomium ſcaturirent, aquæ hoſpitales indigitabantur. Prætereà ab Urbe Sycambria, cujus reliquia etiamnum cernenda aſſerit, ac veteri Buda in eodem tractu Xenodochium fuiſſe S. Spiritùs, in eóque thermas erupiſſe ſalubres, ùt & paulò Budam versùs *Oppidum* extitiſſe *S. S. Trinitatis*, quod Hungaricè Telsöheviz vocabatur, Collegiata Eccleſia, & thermis eleganti domo concluſis inclytum, aliásque ibidem in tribus, aut quatuor locis propululâſſe thermas, omnes mirum in modum ſalubres, inter quas Cæſareas nunc dictas recenſendas eſſe judico;

omnes tamen, præter has ultimas, ſi benè judicavi, inter belli viciſſitudines abolitæ, deſtructæ, ac perditæ, dum aliò forsàn ſibi viam quærentes per cœcos terræ anfractus traductæ ſeſe hominum ſubtraxerant memoriæ.

§. 4. Hæ thermæ referente præcitatô Wernherô cùm eſſent ſuprà Budam, Bada ſuperior **Ober-Baaden/** quæ verò erant in plaga inferiori, Bada inferior **Nider-Baaden/** dictæ ſunt; imò tota forsàn Buda, ut præfatus etiam ſentit, niſi de authoris nomine conſtaret, ob frequentiam aquarum thermalium potiùs *Bada* aut quondam dicta, aut dicenda foret. Longè plures itáque priſcis temporibus, quàm nunc noſtris præſentibus fuiſſe thermas facilè conjicimus.

§. 5. Busbecquius in ſua epiſtola meminit ſimiliter alicujus fontis quondam Budæ propè portam, quâ itur Conſtantinopolim, modò forsàn Albenſem Dictam calidiſſimè ſcaturientis, in quo piſces erant albi, viventes, quatuor digitorum lati, qui & aliis ſcaturiginibus æſtuantibus innatabant, ſed aquæ dulci frigidæ, ſive Danubio injecti periêre ſubditò.

§. 6. De authoribus, ſive reſtauratoribus thermarum nobis etiamnum in uſum venientium varii varia ſentiunt: Iſtpamphius, cùm ſuperiores, & inferiores erant thermæ, has â Baſſa Muſtapha reparatas, & lapidibus teſſellatis inſtructas, blumbóque tectas eſſe, circà ſuperiores autem thermas per Aſiaticum architectum triginta tam pro tritico: quàm pro pulvere pyrio molendinas adſtruxiſſe, murìsque circumdediſſe refert.

§. 7. Prædicatus Wernherus in Epiſtola Baſſam Mahomet thermas Budenſes inſtaurâſſe, Dervisíſque, id eſt, monachis Mahometicis ſtrictiſſimæ ſuo modô vitæ cœnobia exſtruxiſſe, poſtquàm nimirùm Budam expugnaverat, totúmque ferè Hungariæ Regnum truculentis ſuis armis tanquam victimam aræ Turcicæ conſecraverat, in Gubernatorem ejusdem Regni deſtinatus Budæ ſuam fixit ſedem, ubi dicta ædificia propriis expenſis erexerat. Erant autem cœnobia duo, de quibus Raſciani quidam ſenes

nes etiamnum in vivis mihi retulêre, unum eorum fuiſſe propè thermas civiles, alterum thermis Cæſareis conterminum, ferè ibi, ubi nunc villa R. R. Patrum Soc. JEſu, qui locus idiomate turcicô dictus erat *Wallibek*, & thermæ nunc Cæſareæ dictæ, quia â Capitaneo nomine Walli, ut aliquibus placet, reſtauratæ ſunt, originaliter verò extructæ â Baſſa quodam nomine Huſſem Baſſa, qui pariter thermas in Civitate aquatica ex fundamento in ſublime duxerat, at dum vix ſuprà dimidium operis perveniſſet, Imperatori Othomannico infidelitatis accuſatus, fune ſtrangulatus periit, hujus expenſis piſcina in gatiam molæ pulverariæ Turcicè Barathana nuncupatæ, quæ erat eo in loco, ubi nunc molendina Cæſarea, adſtructa fuit. Idem ille Baſſa in monte S. Joſephi ubi nunc ſacellum eſt S. Joſepho dedicatum, viro cuidam, ſuô modô piiſſimæ, & ſtrictiſſimæ vitæ, qui & ideò ab omnibus Mahometantis ſanctus celebratur, devotione addictus, quasì eremitorium collocaverat.

§. 8. De thermis ſub monte S. Gerhardi hoc notatu dignum iidem ſenes naraverant, eas nimirùm tempore Turcarum, cùm ob inſolita in profugantis morbis quotidiana experimenta è regionibus etiam diſſitis maximus eſſet ad eas confluxus, tandem de dono Dei gratis dato lucri causâ malè nati curatores pecuniam exigere cœpiſſent, sícque pauperibus, vilioris ſortis hominibus janua ad thermas præcluderetur, ex improviſo corruente ædificiô impoſterùm ſepultas fuiſſe, usque dum tandem Buda victricibus Sac. Cæſ. Majeſtatis Magni Leopoldi armis, turcicis liberata compedibus in Chriſtanorum inciderint manus, quô tempore excellentiſs. ac doctiſſ. viro Friderico Ferdinando Illmer de & in Wartenberg Phil. & Med. Doctori praxeos Profeſſori publico & Primario, Sac. Cæſ. Majeſtatis Conſiliario, & Archiatro piæ memoriæ â Sac. Cæſ. Majeſtate donô datæ, â quo neceſſariis denuò ſoliis, ſeu labris, ædificiíſnue inſtructæ, & reſtauratœ ſunt. Sed denuo quaſi colapſæ nunc â libera civitate coëmptæ reſtaurantur.

# CAPUT IX.

## De Thermis Budenſibus, ùt modernô hôc tempore ſuperſunt, earum ſitu, numero, antiquitate, ſcaturiendi modo, aliíſque notatu dignioribus.

§. 1.

QUamvìs plurimæ in territorio Budenſi hic inde ſcaturiant aquæ minerales calidæ, quinque tamen tantùm neceſſarijs ad uſum hominis inſtructæ,& balneare volentibus accommodatæ, hucusque numerantur, de quibus ordine, ſcilicèt â meridie in ſeptentrionem moventes in præſenti pertractabimus.

§. 2. Dictum eſt cap. 7. de monte quodam, quem Buda Auſtrum versùs reſpicit, mons S. Gerhardi dicto, ad cujus pedem auſtralem propè Danubium 30. circiter paſſuum â latumiis diſtantia aquæ minerales ſcaturiunt, quas nos thermas S. Gerhardi Gerhardtsbaad nominabimus, quæ vulgò etiam Plockhsbaad audiunt.

§. 3. Hìc ædes ſurgunt, in quarum meditullio labrum eſt balneantibus vilioris ſortis accommodatum, das groſſe / oder gemeine Baad / gradibus ex omni partə lapideis, pavimentóque teſſellato optimè inſtructum, ad quod protenditur canalis ſaxo inciſus aquam ex parte occidentis per terram pinguem & argilacem coloris ex fuſco cærulei decurrentem ad labrum deferens, juxtà quem canalem, ubi aquam non nihil ſtagnare contingit, lanugines albæ in medio aquarum ſuſpensæ, præſertim tempore hyemali, cernuntur.

§. 4. Illinc janua patet ad thermas nuper inventas, quarum aqua ex rupe ad baſim cava propullulat, ubi mox in ſcaturiginis origine lutum nigrum deponit dolore artuum, ulceribúsque infeſtatis

ſtatis ſacra anchora. Præterea undique ex fundo aqua calida limpidiſſima bullularum Cryſtallinarum inſtar jucundô ſpectaculô in ſuperficiem elevatur: caloris ſunt ſatis intenſi.

§. 5. A regione hujus ad dextram intrantis annectitur aliud ſolium nuper conſtructum propriis partìm, part?m verò modò dicti ſcuturiginibus, particeps, caloris eſt cœteris nonnihil remiſſioris: huic adjecta ſunt apodyteria balneantium comoditati deſtinata, & paulò â thermis meridiem versùs noviter erectum hoſpitium eſt balneantibus accomodatum; in emiſſoriis iſtarum thermarum fœces nigræ copioſæ ſubſidunt.

§. 6. Circà has thermas continuatô flumine adversô ad montis prædicti radicem via regia eſt, juxtà quam ad quingentos circiter paſſus ſeptentrionem versùs progrediendo aliæ ſe offerunt thermæ *civiles*, ſeu das Burgerbaad dictæ, quæ ſcaturiginem ſuam ex monte ſaxeo adjecto ad. 30. circiter paſſus in antro quodam amplo & fornicato rupi inciſo ſortiuntur, & quidem duplici rivô ſatìs copiosô, in quo, ubi aquam ſegniùs fluere contingit, cruſta alba ſatis denſa calciformis inſipida, & inodora ſupernatat aquis, ſimilis ei, quæ in evaporatione lixivii calcis vivæ in ſuperficie concreſcere ſolet.

§. 7. Penetrtis deinde aquæ ductibus devolvuntur ad la bra Baad-Käſten / oder Caminen / quorum quatuor ſunt: primnm propè ciſternam, ſive caſtellum aquarum, ſerticum das Rundl-Baad dicimus; ſecundum magnum eſt das groſſe / oder Gemein-Baad / extrà quod ſtatìm introitu aliud adjicitur labum ejusdem cum prioribus ſcaturiginis, quod medium, oder das Mittlere-Baad nuncupamus, cui adſtructum eſt apodyterium, poſt quod aliud eſt ſolium novum das Neu-Baad diſtinctæ ſcaturiginis, hinc remiſſioris, quàm cæteræ, caloris, ità quidem, ut tactui blandiri videantur.

§. §. Ab his thermis arcem versùs ad ſyniſtram propè pedem montis S. Gerhardi ſeptentrionalem in meditullio ferè Civitatis Raſcianæ tertiæ ſcaturiunt thermæ *Raſcianicæ* das Ratzen-

Baad nuncupatæ, quarum aquæ ex imo montis per canalem juxtà montis baſim extenſum adlabra devolvuntur, antequam autem ea ſubeunt: in fovea, 8. forsàn ulnis profunda, congeruntur, ſícque congeſtæ per canales diſtinctos labris omnibus diſpenſantur.

§. 9. In hac fovea aquæ coäcervatæ in ſuperficie pelliculâ albâ ad tactum molli, nec omninò contiguâ obducuntur, quæ nullius ferè ſaporis eſt, aſſeribus ſuperſtructis mucus adhæret albus inſtàr nivis pariter inſipidus, & inodorus.

§. 10. Sunt autem his thermis ſex labra, quorum duo ad ſyniſtram intrandis nova die Neue-Baader / hinc, quâ itur ad labrum magnum, ad dextram & ſyniſtram utrinque unum, quæ *Turcica* die Türckiſche-Baader nominabimus, rectâ autem procedendo obvium eſt labrum das Groſſe / oder Gemein-Baad / ultrà quod aliud eſt ſolium extremum das letzere Baad nuncupandum.

§. 11. Hæ thermæ blandi ſunt caloris, & non nihil lapideſcentes, unde circà labra in materiam thopaceam concreſcunt, & condenſantur in lapideam duritiem, quam licèt ineptè *ſacroſin*, das Wilde-Fleiſch appellant.

§. 12. Ab his thermis progredimur in Civitatem aquaticam, ubipropè noſocomium, ſeu hoſpitale ſaluberrimæ ſcaturiunt thermæ das Baad in der Waſſerſtatt / aliis das Sprenger Baad / necminùs hoſpitales Spithal-Baad / indigitari poſſunt.

§. 13. Hæ thermæ ex parte ſcaturiginem cum ſequentibus æqualem ſortiuntur, alterâ verò parte ex horto Perilluſtris Dni de Rittersheimb Conſiliarii Cameræ Hung. propè molendinam Cæſaream ſito ex profundo quaſì puteo, fornice obducto derivant, modum promanandi hujus aquæ mirabilem in ſequentibus proponemus, in præſenti verò aquæ ductus, per quos ad has thermas aqua ducitur, inquiremus.

§. 14.

§. 14. A thermis Cæſareis ad horti prædicti usque terminum, ubi altera pars ex puteo affuſa per canales ligneos devolvitur, hinc aquæ ductum pedalis altitudinis & latitudinis lapidibus conſtructum ſubeunt, per quem ad 300. præter propter paſſus ad locum balnei calore ſat intensô perſiſtente tempore præſertìm æſtivô defertur, ubi exantlatô tandem itinere in labrum emicat, & undique rebus, parietibus, & ſaxis, quæ in decurſu lambere contingit, tophos lapideos, ad modum prioris, majori tamen copiâ, affigendo petrificationis ſuæ præbet ſpecimina, quæ materia lapidiſcens ità fortiter dictis locis adhæret, ut vi divelli vix queat, nec ullibi concreſcit, aut accrſcit, nisì aëri libero expoſita. Antequam autem ad labra devolvitur aqua, caſtellum aquarum affabrè inſtructum ſubit, ex quo deinde in circumjacentia optima balneantibus comoditate inſtructa labra diſtrahitur; ſunt autem labra numerô quatuor. 1$^{mum}$ magnum eſt ſolium das Gemeine-Baad ab in troitu rectô tramite obvium, ubi ad dexteram intrantis aliud adjicitur optatæ comoditatis cum adſtucto apodyterio, â tergo ſolii magni duo viſuntur labra ad dextram intrantis unum, alterum ad ſyniſtam, relictô in medio loco balneantium comoditati adoptato.

§. 15. Nunc ad ripam fluminis rectâ procedentes quintum naturæ ſubterraneæ theſaurum propè pedem montis S. Joſephi ſcaturientem, thermas Cæſareas communiter dictas viſitabimus, quarum ſcaturigio ſatìs mirabilis eſt. In via regia media 10. circiter paſſus â parietibus ædificii cyſterna eſt terrâ coöperta, ubi venam fontis quæſiturus terram, lapitésque effodere juſſeram, quibus egiſtis caſtellum amplum aquâ vix non fervente, ut ovis citò coquentis par eſſe videretur, ſuprà medietatem repletum offendimus, lapidum verò operimenti vices gerentium ſuperficiem baſim versùs floribus ſulphuris pulcherrimis, ut arte vix elegantiores ſublimari viderim, hinc & cryſtallis pellucidis figuræ irregularis, potiſſimùm tamen cubicæ, & oblongæ ſexangularis obductam magna cum admiratione deprehendimus.

§. 16.

§. 16. Ex hac cyſterna per meatum affabrè ex lapidibus concinnatum aquæ delabuntur ad labra, quorum quatuor nunc ſunt : primum *exterius*, das Auſſere-Baad ſtatim ab introitu ad ſyniſtram ſitum, inde *amplum* plebi dicatum das gemeine Baad/ poſt quod duo ſunt alia, ad quæ utrimque janua patet, ad dextram quidem pro *labro veteri* das alte Baad / ad ſyniſtram pro *novo* das neue Baad/ in quibus notatu digna occurrunt: primò tophus ille ſaxeus, de quo ſuperiùs, qui in tanta coqia hìc adnaſcitur, ut, ſi infrigantur, nonnunqam ad multas libras ponderet, deinde inauratio argenti aquis immerſi; hinc in emiſſoriis aquæ copioſarum fœcum depoſitis nigrarum, quæ utcunque commoveantur, fœtore intollerabili nares feriunt.

§. 17. Propè hoc ædificium eſt quædam piſcina aquâ pariter minerali, ſed ob ſtagnationem non nihil frigidâ repleta, aut acceſſu aquæ dulcis, ex qua nè aquæ thermales calore ſuo exceſſivô balneantibus negotium faceſcerent, per duplicatos ibi canales pro contemperatione, ad labra derivatur.

§. 18. de hac piſcina id notabile eſt, quòd relaxatis aquæ repagulis, ſeu aquâ ad ſiccitatem detractâ modò dictarum thermarum ſcaturigo ſufflaminetur, ità, ut nec gutta quidem ad eas perveniat, quod idem etiam cœteræ, quarum plures ſunt innibi hinc inde erumpentes ſcaturigines, experiuntur, ut & illæ in horto ſuperiùs memorato ; unde probabile eſt omnes ejusdem eſſe originis, reimpletâ autem non multùm ultrà medietatem piſcinâ redeunt omnes ſcaturigines, priſtináſque ſubeunt vices, cujus mirabilis effectûs rationem diu ſummâ mentis prurigine deſiderabam, nullâ tamen rerum, locorum circumſtantiarum, meatuùmque ſubterraneorum indagine mihi eam adinvenire poſſibile eſſe videbatur, usque dum tandem in monte propè piſcinam obambulans, lapidum, terrarum, aliarúmque rerum conſtitutionem penſitabam, ac antrum per rupem profundè penetrans inopinatè offendiſſem, in quod lapidem projeceram, quem applicatis auribus in aquam decidiſſe diſtinctè perceperam, majori

itáque

itáque ſolertiâ ìnquirere cœpi, ubi boliden funiculo appenſam demiſeram, ut profunditatem exploralem, extractum, deinde plumbum funiculo alligatum valde calidum, ac unâ cum fune aquam profundè penetrâſſe obſervâram, quod anſam mihi dederat ſequentis conjecturæ: nimirùm magnam montis partem aquas minerales utero ſuo claudere, ex quo per cavernam ad montis radicem. 50. forsàn ulnis profundam detractâ piſcinæ ſarcinâ aquæ profluentis impedum remorante, magnô gurgite prorumpunt, unde in montis cavitate collectæ ob liberum inde nactum profluvium neceſſariò ſubſidunt, ductus verò ad ſcaturigines hiantes cum editiori loco ſiti ſint, aquæ depreſſæ eô pertingere, jugémqùe ſuùm ad thermas more ſolitô dare decubitum nequeunt.

§. 19. Hanc opinionem confirmare videtur ſcaturiginis revocatio, utpotè, quæ non nisì multùm ultrà medietatem repletâ piſcinâ ſuccedere deprehenſa eſt, non vanô nimirum argumentô aquarum in antris petræ contentarum libri exitûs ab accumbentibus in piſcina aquis præcluſi, indéque in montis caverna ſtagnantium intumeſcentiæ, quâ mediante ſucceſſivè accreſcentes prædictos ſublimiori locô poſitos aquæ ductus ad thermas protenſos aſſequuntur, híque denuò per eosdem ad præfixa labra indefeſſos volvunt latices, quod pauciori aquâ in piſcina reſtagnante, utpotè tantum irruentium aquarum impetum coërcendi impotente fieri non potuiſſet. Neque ſcaturigines iſtas thermales ex ipſa piſcina ortum ſuum ducere exinde conſtat, quòd in ea congeſtæ aquæ, licèt aquæ minerales ab origine calidæ, ſtagnatione tamen diuturnâ, aut acceſſu frigidarum infrigidatæ continea ntur, ità quidem, ut pro contemperatione ſuperiùs memorata per proprios ad thermas deducantur canales, inſuper undique concluſæ ſunt muralibus, ut ad latera nullibi pateat meatus.

# CAPUT X.

## De Thermarum Budenſium mineralibus in ſeparatione partium ingredientium per evaporationem, coctionem, deſtillationem, putrefactionem, calcinationem, aliásque operationes ſpagyricas, tam & mechanicas diverſimodè obſervatis in genere.

§. 1.

AD hoc, ut dexterè, & ſinè fuco de re quadam judicium feratur, de rei illius indole, & quidditate accuratè pernoſcenda præprimis invigilandum eſt; ſed arduum arcana naturæ præſertìm ſubterraneæ ſubire penetralia, durúmque ad nucleum usque perfringere corticem, cùm & in media nonnunpuam luce perſpicaciſſima hallucinentur ingenia, & in rebus obviis cœcutientis talpæ inſtàr, nucleum quærentes, ſæpè circà corticem volvimur, & quod majoris cœcitatis indicium eſt, intima quæque inſuper penetrâſſe nobis gratulamur. quid mirum? ſi de rebus altâ terrâ, & caligine immerſis judicium ferentes non undequaque naturæ concentui, & ſymphoniæ aſſentiamus, ſícque in devia declinemus, cùm autem grave hoc onus partìm jure officii, & impulſu conſcientiæ, partìm charitate proximi tanquam Phyſicus hujus loci, multorum precibus obediens inermibus his humeris impoſitum portare ſuſceperim, juxtà modulum tenuitatis meæ deſuper mihi gratuitò conceſſum de re præfixa ità tractabimus, ut ſi non cujuslibet guſtui arrideant, carpentiúmque ſcomata incurrant, ſaltèm ad DEI ter opt. gloriam, proximíque ſalutem cedere bonô animô ſperabimus.

§. 2. Incepi itáque aquarum iſtarum minerlium repetitis vicibus experimentis tam ſpagyricis, quàm phyſico-mechanicis rimari conſtitutiva, ubi cùm vix corticem fregiſſem, & plurimos juxtà exigentiam rei, leges, methodúmque â me injunctam, balnean-

neantes, thermásque internè & externè adhibentes â morbis aliis vix curabilibus intrà paucum temporis ſpatium liberari advertiſſem, dolui, ac ingemui, hoc pretioſum miſerantis DEI donum, tot annis ignorantiæ tenebris fuiſſe involutum, sícque tantum â DEO gratís datum theſaurum varios in abuſus diſtractum fuiſſe, ac genuinô rem publicam uſu deſtitutam oſcitantiâ hominum litteratorum remanſiſſe. Imò ſatìs non erat veram methodum neglexiſſe, ſed inſuper nonnulli naſutuli ob ſyniſtram quandóque in præpoſtero earum uſu conſecutum effectum opprobriis & contumeliis in eas innocentes invehebantur, & aliqui effrontes, garrulíque idiotæ omnem in corpora humana, neſcio, quâ audacia, aut potiùs amentiâ, virtutem energeticam iis derogare auſi ſunt? cùm tamen natura, quæ ad cujuslibet Phantaſtæ dictum non inflectitur, innumerabilibus ferè experimentis contrarium dudùm docuiſſet, & etiamnùm indies garrulitatem eorum caſtigat. Unde quidam eorum autopticâ convicti experientiâ ſuum fateri coäcti ſunt errorem, & inſcitiam; verum denique ſentit Ariſtol. dum ait: imperitia temeritatem in judicando & pronuntiando parit, peritia vorò prudentiam.

§. 3. Ad eoc, ut medicina etiam optima optatum conſequatur effectum, oportet medentem ſapienter cognoſcere, prudenter judicare, quibus conveniat medicamentum, quibúsque ob varia nonnunquam incidentia contraindicantia tale medicamen diſſuadentia diſſuadendum foret, deinde quô modô, ſeu quâ methodô adhibendum ſit? atque ità juxtà cœteras circumſtantias operari.

§. 4. Non tantùm medicum, ſed & ægrotum ſuum facere oportet officium, regulis ſcilicèt prudenter â medico præſcriptis diœtiùs ſeſe accomodare, & ſalubriter dictis patienter obedire, parere nimirùm, & fideliter referre, quæ duo ægri ſunt officia, quibus accedit, ut ii, qui præſtò ſunt, & ea, quæ foris incidunt, debitô modô comparata ſint, ùt chyrurgi, balneatores, mulieres clinicæ, lintea, ſtragula, lectus, conclave, aliáque

que ejus generis ad omnimodam iſtam tutam, & jucundam morborum curationem neceſſaria, quod inculcat ſtaim in limine aphoriſmorum Hypocrates.

§. 5. Hæc ergò in felici morborum curatione, & medicamentorum applicatione omninò obſervanda ſunt, aliàs enim medicamen adhibitum effectu quæſitô fruſtrari mirum non erit, nec ideò medicamen opprobriis afficiendum eſt, aut tanquam res inermis credulis divulgandum, non enim ſufficit hanc vel illam certô reſpectu etiam optimam applicâſſe medicinam, ſed conſiderandum eſt, utrùm jure, tempore, nihilque neglectô, quod ad ſperatum effectum ſuppetias tribuere potuiſſet, applicata ſit?

§. 6. Sic ſi thermæ ſine prævia virtutum ac methodi adhibendi cognitione, prudentíque judicio, cæteríſque neglectis circumſtantiis antè, in, & poſt balneum obſervandis ab imperitis, lucri forsàn causâ, ſuadentur, aut ipſi patientes ſuſurrô quorundam, qui ſimili morbô quondam affecti adhibitis thermis priſtinæ reſtituti ſunt ſanitati, perſuaſi, ſpretô medici conſiliô nullâque ad contraindicantia factâ reflectione, putantes ſe periodica lotione omnimodè ſatisfacere, thermas, quasì cauponam improportionatô morbô, & corpore ingrediuntur, Bacchum, aut Venerem ad eas invitant, gulæque nocivâ ingurgitatione indulgent, alióſque illicitos commitunt exceſſus, quid mirum deſideratô effectu fruſtrari? imò in longè majora pericula præcipitari, aut ſaltèm Joannes in eodem redire? hinc contumeliis innocentes onerant aquas, quas in proprium redundare caput neceſſe foret; non enim medicamen modô ſic comparatum eſſe debet, ut morbos aufferre natum ſit, ſed & æger, & qui præſtô ſunt, & quæ forìs incidunt, reſpicere ſcilicèt oportet, anni tempus, ætatem, temparamentum, ſexum, cauſas morbificas, vires, & ipſos morbos, quibus conveniat, aut non conveniat; quæ niſì in conſiderationem trahantur comedia tragicô nonnunquam clauditur epilogô, quam hominum injuriam innocens deinde medicina temerariè aſſumpta, aut quocunque modò applica-

plicata ſæpè numerò lueredebet, quasì verò gladius imprudenti, & furiosâ mann vibratus ideò contemnendus, reijciendus, ac opprobriis afficiendus foret, quòd illius ictu quidam transfoſſus perierit, aniles profectò ineptiæ?

§. 7. Ut autem Cavillatoribus iſtis rabidis, ac invidis pythagoricum imponatur ſilentium, in ſequentibus experimentis phyſicis ſpagyricis, & mechanicis, theorecticis, & practicis injuriam his nobilibus aquis illatam vindicabimns.

§. 8. Dum in vicinia Budenſi ſæpiùs oberrans terras, lapidéſque varie penſitabam, obſervavi in primis terram coloribus variis eſſe diſtinctam, nec non conſiſtentiam diſcrepare â ſemetipſa, alicubi námque nigerrima, alibi rubra, mox cinericea, hinc flava, cærulea, aut aliter colorata, hic friabilis, ibi tenax, & argillacea, levis, & aſpera, & arenoſa exiſtit; alicubi in montes aſſurgit viniferos, alibi in ſteriles protuberat rupes, quos pariter ſaxorum genera variare multis in locis deprehenderam: alicubi námque lapis calcareus præſertim in monte S. Gebhardi propè ſcaturiginem calidam, Blocksbaad dictum in altum attollitur, alibi ſaxum rubicundum ſplendore quodam, & ſtriamentis albis diſtinctum reperitur, cujus ſi pars infringitur, terra bolaris intensè rubra, totáque friabilis, ut digitis in polinem redigi queat, ſeſe offert, ita ut lapis prædictus quasì cortex calore ſolis indurata videatur.

§. 9. Prætereà rupes non procul ſuprà fontem flava, & non nihil friabilis exiſtit orchæ cujusdam ſpeciem referens, per cujus rimas, commiſſuras liquor quidem lacteus profluit, qui, ùt aërem attingit, in ſubſtantiam lapidiformem, quæ tamen non difficulter in pulverem conteritur, congelaſcit, quam ſuccum mineralem de genere lactis lunæ, aut medullæ lapidum eſſe diceres.

§. 10. Lapis flavedine tinctus, quem ochræ ſpeciem referre dixeram, non tantùm in loco modò dicto, ſed frequenter etiam alibi in confiniis Budæ invenitur, qui in tenuiſſimum pulverem

verem contritus, & in aquam ſimplicem conjectus, ſubitò manifeſtam contrahit dulcedinem, & linguam in fine acutie quapam, ſed non ingratâ titillat, quod pro ſigno præſentis vitrioli ſaltèm immaturi, ſeu ochræ ab omnibus ferè, præſertim libavio, habetur. Trajectâ deinde mixturâ per chartam bihulam aquæ limpidiſſimæ ad inſtar fontanæ infudi gallaſturcicas contuſas, & liquor paulô poſt flavedine ſubfuſcâ quidem tinctus eſt, ſed atramentoſum non admiſerat ob defectum ferri, vel cupri, quia potiùs ochra iſta ex corpore petroſo, & ſpiritu ſulphuris acido, ac parte bituminis concreverat, quod ejus calcinatio in igne reverberii affirmat, ubi externè intenſam contraxerat rubedinem, internè verò per totum atrô carbonis inſtar, colore tincta fuerat extraversô ſcilicet ſulphure, per alcali igne exaltatum cum ſulphure congrediens, qua actione non ſecùs, ac in ſpiritu vini ſulphureo cum alcalibus digeſto, diſſolutis particulis oleoſis, color ruber emergit, ſimili ratione etiam evenit in præparatione hepatis ſulphuris, ut agente in colliquatione alcali tartari in ſubſtantiam ſulphuream, maſſa pulcherrimâ tingatur rubedine, particulis interìm bituminoſis ignis torturâ colliqueſcentibus, ac internam lapidis ſubſtantiam ad nigredinem exurentibus; continuatâ autem ignis vehementiâ, ac combuſtis ſulphure & bitumine concretum nonnihil cinericeum aſſumpſerat colorem. Sed redeamus ad impedimentum tincturæ; ubi notandum, quod inſinuat Libavius in tract. medic. phyſ. de accidulis Caſym. parte prima: quod nulla minera vitriolica cum gallis ſuppeditet atramentum, nisì de tinctura ferri, vel cupri participet, aliàs námque ad concretum aluminis propiùs accedat, quod tincturam atramentoſam impedit, unde additâ ſcobe ferri, paulò poſt ſatis intenſam ſolutio concipit nigredinem.

§. 11. Lapidem iſtum, ſeu ochram aluminoſum calcinatam in aqua tandem extinxeram, cui filtratæ acetum deſtillatum inſtillaveram, at aqua nullam notabilem paſſa eſt alterationem, decocto autem gallarum pulvis griſceus obſcurè albicans fundum petiit,

petiit, cui inſidebat albus, & hinc ex flavo rubeſcens, liquor autem ſupernatans flavedine tinctus erat; quid autem iſta ſibi voluerint? poſtea dicemus.

§. 12. Rubicundo tandem lapidi, de quo ſuperiùs facta fuit mentio, ſpiritum ſalis communis juſtâ quantitate affuderam, unde impetuoſa ſubſecuta eſt efferveſcentia, quod idem in ſolutione terræ bolaris rubræ lapidi prædicto ſubjacentis contigit, utraque autem ſolatio odorem nonnihil aromaticum ſpiraverat, utpotè ſignum reſoluti ſulphuris metallici, quod ſubſequens liquoris tincti cum aqua ſimplici præcipitatio lacteſcens confirmat, ſulphur námque â ſpiritu ſalis ſolutum affuſæ aquæ ritè permiſceri nequit, quotiescunque autem ſulphurea, ſeu oleoſa non exactè cum aqueis permiſcentur, albeſcit mixtum, ùt videmus ſemina oleoſa cum aqua trita liquorem exhibere lacteum, quem vulgari vocabulô emulſionem dicunt, oleoſis ſcilicèt ſeminum partibus non ritè cum aqueis coëuntibus.

§. 13. Tandem lapis ille dictus ignitus, & aquâ ſimplici extinctus filtratione claram & limpidam dabat aquam, quam digeſtione cinerum commiſeram, ubi cùm ad medietatem ferè evaporata eſſet, obſcurum contraxit virorem, unde ſeparavi aliquantulum de hoc liquore viridi in aliud vitrum mundum, & liquor, additô tantillô decoctô gallarum in tria diverſa unoquóque, ſuum proprium etiam commotô vitrô obſervante locum diſcretus eſt: ad fundun cecidit, pulviſculus ex griſco albeſcens, hinc in medio vitri quasì ſuſpenſum encorema tenebatur ex viridi nigricans, liquor autem ex flavo erat vireſcens, quorum primum aluminis, ſecundum vitrioli ſaltèm immaturi, terium ſulphuris eſſe ſobolem ex Ettmüllero in coll. phar. in Schrœder. cap. 3. de aquis, concludo, ſi nàmque aqua quædam de alumine participat, ſedimentum albicans mediante gallarum decoctô, ſi verò vitriolata, viride obſcurè nigricans dimittitur, ac præcipitatur. Colorem autem flavo-viridem ſulphuris eſſe proprium, Dioſcorides lib. 5. de mareria med. cap. 83. Etſchenreiterus de ther. min.

pag.

pag. 122. & alii affirmant, quòd autem digeſtione cinerum, colorem viridem contraxerit liquor, ex acido vitrioli in ſulphureum ſeu bituminoſum agente ortum ſuum ducere probabile videtur, quemadmodùm ſi acidulæ vitriolatæ rubris roſis ſuperfuſæ coquuntur, decoctum colore viridi tingitur partibus nimirùm oleoſis in floribus roſarum contentis ab acido vitrioli ſubactis.

§. 14. Deinde lapidem in pulverem contritum, & aquâ ſimplici elotum ignis torturâ vehementiſſimâ colliquefacere conabor, ſed locò fluxûs in calcem redactus eſt albiſſimam, quæ ſuperfusâ aquâ ſimplici ingentem, & diuturnam cum æſtu intenſiſſimo conceperat effervescentiam, indicium utique ſulphuris ab acido concentrati, ſeu potiùs ſub ignis vehementia conſumpti, parte verò acidâ ad interiora ſe recipiente, cui ſententiæ adſtipulatur Ettmüllerus in colleg. prædicto cap. 8. n. 5. ubi omnes lapides, qui habent ſulphur copioſum, calcem vivam ſuggerere aſſerit, ab inde propter ſulphuris copiam, & hujus poſt calcinationem relictum ſalſo-acidum non vitreſcibiles exiſtere, acidô ſcilicèt ſulphuris alcali vitrificans conſumente, ità etiam Becherus in œdipo chymico pag. 67. ſulphur copioſum ex calce viva parari poſſe docet, unde ſulphureum eſſe ſubjectum facilè patet, quod pariter confirmat aqua poſt elotionem lapidis parùm tantùm calcinati relicta, quæ putreſcens intollerabilem ſulphuris putreſcentis fœtorem ſpiraverat, & argentum intinctum aureô colore obduxerat pulcherrimô, quæ omnia ſulphuris eſſe effecta nemo non novit.

§. 15, Terram etiam argillaceam circà ſcaturigines reperibilem exſiccatam in crucibulo Vulcano ttadidi, & paulò poſt continuatâ ignis vehementiâ ad inſtar ceræ fluebat, ac crucibulum ſinè lœſionis ſigno penetrans, extrà id, fundo, lateribus, carbonibúsque ſubjectis fortiter adhæſit in forma maſſæ flavo-viridis, unde conjeceram eam ex multa terra fluida vitreſcibili, & pinguedine ſulphuris conſtare, quibus Becherus in ſuppl. primô in phyſ. ſubterr. terram mercurialem addidit, genuinúmque ferrum acceperat.

§. 16.

§. 16. Cœterùm terram Budæ conterminam vix non undique nitroſam eſſe deprehendi, inde etiam, qnæ ex cellariis eruitur, in arte nitraria expetitur, ex qua nitri refinatores optimum excoquunt nitrum, hinc & aquæ puteales hujus loci pleræque nitroſæ ſunt; quamvìs nonnulla alia etiam ſæpè eas ingrediantur mineralia, de quibus impoſterùm, ubi de thermarum mineralibus fiet mentio.

§. 17. Penſitatis nunc breviter lapidibus, & terris Budæ conterminis, utpote forinſecùs adcognitionem mineralium in thermis quidquàm facere valentibus ad ipſas nunc accedimus thermas, ubi inprimìs ſe offert ſumma aquarum limpitudo, quæ ad inſtàr cryſtalli nitet, guſtui ſapor quidam ſubdulcis nauſeabundus tamen, & alicubi præſertim in civilibus novis ſubacidus acidulas vapidas referens ſe manifeſtat, odoratu ferè in quibusvis quiddam ſulphureum advertitur, tactu verò calor aquarum plùs minùs intenſus percipitur, ad quem referri poteſt exaſperatio, & corrugatio cutis. Prætereà obſervanda ſunt, quæ ſive in decurſu aquarum, ſive caſtellis, & ſoliis hinc inde alveis ripis, lapidibus, & parietibus agglutinari aſſolent, eorúmque accreſcendi modus, figura, ſubſtantia, aliáque accidentia, hinc & ea, quæ aquæ in caſtellis ſtagnanti ſupernatant, & quæ in emiſſariis ſucceſſu temporis ſeponuntur, ut & terræ nigræ in ſcaturiginibus quibusdam, & quidem ferè plerísque adinventæ, de quorum ſignatura, & quidditate nunc ſingillatìm omnia perſtringam.

§. 18. Limpitudo & tranſparèntia aquæ medicatæ ſummam mineralium per ſolutiones ſubtiliationem, penetrantiam, ac materiæ terreſtris fœculentæ abſertiam, indéque aquæ puritatem, ſubactis ſcilicèt optimè mineralium particulis ſignificat, *ſapor* verò *ſubdulcis* nonnihil *nauſeoſus ex ochra & nitro* mixturam indicat, qui tamen alibi per cœtera ingredientia diſtemperatur, & acido ſulphuris nonnunquam acidulatur. *Odor ſulphereus* reſoluti in viſceribus terræ ſulphuris, minerarúmque ſulphurearum indicium præbet, quemadmodùm in ſolutione minerarum per ſpiritus corroſivos evenire concipimus; exaſperationem, & corruga-

rugationem cutis *Aluminis* eſſe effectum mecum ſentit D. Philip. Weberus in deſcript. therm. Wisbodenſium cap. 7. pag. 26.

§. 19. Accrementa, ſeu potiùs excrementa aquarum iſtarum thermalium, rebus, quas lambunt, adhærentia, varia ſunt, vel enim lapidis, terræ calcineæ, mucillaginis cryſtallorum, florum, mineralium ſublimatorum, aliarúmque rerum rationem gerunt, quæ verò in emiſſariis ſubſidunt, plerúmque lutum conſtituunt nigrum, tandem aqua ipſa examinanda venit.

§. 20. Circã ſolia thermarum, ubi aqua ad margines libero aëri expoſitos allidit thopaceam, ſeu petroſam affigit materiam, quam thermarum curatores, neſcio quâ de cauſa, ſacroſin das wilde Fleiſch appellant, cùm tamen re ipsâ nihil ſit aliud, præter aquæ lapideſcentis ſobolem, cujus cauſam Martinus Liſter de therm. & font. med. Angliæ, in *Pyriten lapidem calcareum, & ocbram* refundit, ac ſubtili admodùm aurâ quasì liquari, ſicque poſtmodùm aëri expoſita accerſitô forsàn ex admoſphæra fermentô quodam gorgonicô petrificationis ſubire rationem audacter aſſerit, ex eo, quòd nulla alia corpora metallica lapideſcere deprehenderit.

§. 21. Terram calcineam partìm aquis ſupernatantem partìm verò canalibus, ſaxis, aut muris agglutinatam, quam alicubi de natura *lapidis calaminaris* deprehenſam eſſe impoſterùm dicetur, eſſe *lapidem calcareum* reſolutum facilè conijcimus, aquis námque in caſtellis ſtagnantibus, ſatìs denſæ ſœpè craſſitiei ſupernatat, modò non abſimili, quò calx viva in aquam ſoluta, ac evaporationis calori expoſita ſucceſſivè in aquæ ſuerficie in ſimillimam pellìculam concreſcit albam nullius planè ſaporis, & odoris, nec unquam *cruſtra illa*, ùt ùt adhibitâ artificis induſtriâ, ignísque violentiâ in fluxum vertitur, nec in loco humido liqueſcit, *alcalinam* tamen eſſe comperio, ſiquidem cum acidis fortiter efferveſcat, ut & ad *nitri calcarei* naturam aliquomodo accedere exinde colligo, quòd ſub calcinatione forti albedo intendatur, ſapórque acris in fine dulcedinem referens emergat, qui magis adhuc in ſale extracto percipitur, ubi inſuper moleſtam infert

fert ſtrangulationem, & linguæ quasì ſpicula infixa videntur, ad modum vegetabilis *Aron* dicti. Prætereà ſal iſtud in tigillo igne auctiori candidius ſemper evadit, & magìs quidem ferro candenti impoſitum,, quam albedinem Weberus loc. cit. *nitro* tribuit: *calcarium* autem eſſe oſtentit terra illa, quæ utique eadem eſt cum priori, in deſtillatione aquæ thermalis ad parvam admodùm remanentiam, oleô tartari per deliquium præcipitata, quæ ferrô ignitô excepta ramulos herbæ creſcentis inſtàr viſu pulcherrimos paulatìm in altum ſurgentes coloris nivei explicaverat, paulò poſt verò fluere ùt cera cœperat, quòd Martinus Liſter *nitro calcario* proprium eſſe affirmat tract. ſuprà cit. pag. 7. ubi inquit: *Eſt etiam de natura hujus ſalis calcarei, ut in ignem impoſitus ſinè flamma liqueſcat, & in bullas intumeat, pumicíſque albiſſimi inſtàr indureſcat.* Inſuper terra alba poſt deſtillationem in fundo cucurbitæ relicta ſaporis erat acido-ſalſi non nihil amaricantis, qui pariter juxtà omnium ferè conſenſum *nitri* habetur indicium, quamvìs aliquid *ſalis communis* acceſſiſſe crepitus in igne prodiderat.

§. 22. Materia mucilaginoſa parietibus, aſſeribus, ſaxíſque, caſtellis, ac canalibus ſuperſtructis adhæreſcens varii coloris, flavi, albi, ſubrubri &c. variegationibus ludit, ùt & conſiſtentia diſtinguitur, alicubi námque non nihil tenax & viſcida, alibi lutoſa & quasì friabilis, hinc fluxilis & valde liquida cum filamentis albis adinſtàr nivis exiſtit, in quibus præter reſolutionem *ſalium mineralium potiſſimùm alcalinorum* vix quidquam advertere potui, nisì quòd in muco lutoſo ſubflavo *ochræ & ſulphuris* aliquid ineſſe deprehenderim, hic námque exſiccatus, & ignis torturæ ſubjectus ex calcinatione ſatìs intenſam contraxerat rubedinem, quod doctiſſimus D. D. Auguſt. de Bois *mineræ immaturæ martis* tribuit, id eſt, cuidam vitriolico, cujus generis & *ochra* habatur. In hoc muco exuſto, & qua ſimplici optimè eloto plurimas *auri particulas ſcintillantes* invenimus,

§. 23. *Criſtallizantur* alicubi in caſtellis Waſſer-Khalteren præſertìm thermarum Cæſarearum, vapores & halitus in ſublime lati ad lapidum ſuperficiem adinſtàr vitri pellucidi figurâ potiſſi-

tiſſimùm irregulari, regulares autem quæ ſunt vel cubicæ, vel oblongæ ſexangulares, figuram ſcilicèt *ſalis* & *nitri cryſtalliſati* referentes. Quòd verò plurimæ irregulares concreſcant, id plurium ſalium concurſu quodam fortuitô, unde veræ & naturalis cryſtallorum figuræ confuſio oritur, evenire judico. Sunt tamen aliquæ cryſtalli ſatìs mirabiles, quæ figuram habent oblongam ſali nitro communem, cui colore, pelluciditate, & conſiſtentiâ aſſimilatur, in ignem verò injectæ nec crepitant, nec flagrant, ſed candidæ, & friabiles redduntur, nec in aqua ſolvuntur, ſed in omnibus examinibus ùt ùt inſtitutis, præter dictas alterationes ferè immutatæ perſiſtunt, unde concludo concretum magìs terreum, quàm ſalinum, vel particulare quoddam *nitri calcarii* vel *petroſi* eſſe genus. Quòd *lapis calaminaris* ingreditur, non vanô quidem auguriô, ſiquidem materia illa alba, ſeu potiùs cinericea, cui ſuperſtructæ fuerant cryſtalli, de *lapidis calaminaris* indole omninò deprehenſa eſt, utpotè quæ ſuperfusô acetô leni calori expoſita mixturam dulciſſimam conſtituit, fractâ videlicèt aceti acrimoniâ ad modum, quo acetum ab infuſione plumbi, aut lapidis calaminaris dulceſcere aſſolet, unde etiam in ulceribus excedentibus tanquam medicinam fermentum corrſivum ulcerificum deſtruentem, ac dulcificantem acidum peregrinum egregiam experientia eſſe docuit.

§. 24. Similium cryſtallorum artificialium quidem mentionem facit doctiſſimus & expertiſſimus Phyſicus Becherus in phyſ. ſua ſubterr. lib. 1. ſect. 5. cap. 3. de liquefactione §. 83. pag. 434. ubi in ſpiritum ſalis infundit oleum tartari, donec non ampliùs ſibilet, & præcipitantur terræ quædam fœces inſtàr terræ albæ, quâ ſeparatâ reliquum inſpiſſas ad cryſtalliſationem, & invenit cryſtallos angulares, elegantes, oblongas, inſtàr veri nitri quas â reliquo ſeparat, & ſiccat, & nullo igne, nullo præcipitante, nullâ denique vi, aut potentiâ deſtrui, aut exterminari poſſe teſtatur, eósque in igne ità fixos perſiſtere, ut nullo modo diſſolvantur, aut in partes abeant. Sal autem commune ſalſum præcipuè Cæſareis ineſſe thermis, partìm ex dictis, partìm ex dicen-

dicendis facilè pateſcit, cui ſi optimè ſoluto, & volatiliſato, rarefactóque intimè, & inſeparabiliter naturæ operâ ſubterraneâ conjungitur alcali quoddam pari modô ſolutum, & volatiliſatum, quod magna quidem in copia noſtris verſari in thermis ità abundè conſtat ex ſuperiùs dictis, ut ulteriori probatione non egeat. Hæc itàque dum ſe invicem arripiunt, coëuntque appetitu ſicci & humidi unione irreſolubili emergunt in concrerum nitro quidem quò ad figuram ſimillimum, quò ad cœtera verò accidentia & proprietates diſſimillimum.

§. 25. Naturam in terræ viſceribus in varias operationes, arti tanquam naturæ ſimiæ ſolitas perficere generationes, corruptiones, & depurationes, ſolutiones, coagulationes, & depurationes, ad oculum probant quotidiana in magno naturæ laboratorio experimenta, inter quæ non immeritò recenſeri poteſt naturalis in thermis noſtris florum mineralium ſublimatio, præſertím ſulphuris, utpotè, qui potiſſimùm in caſtellis, & aquæ ductibus thermarum Cæſarearum in lapidum operimenti vices gerentium ſuperficiei inferiori ex halitibus aquæ verè ferventis in ſublimè actis, floribus ſulphuris artificialibus ſimillimi, & tantùm non elegantiores concreſcunt: ubi memoriam ſubit illud, quod William Simſon in diſcurſu philoſophico de fermentatione pag. 10 & 11. teſte Ettmüllerô ex Brovne adducit, & itâ ſonat: *Eruditus tamen Brovne in ſuis itineribus refert has obſervationes: ſulphur, quod eſt in magna abundantia in pluribus thermis, continuò efflat, nec in iis reperitur, ſi aquam thermarum evaporaveris, propterea putabam magìs rationale extrà aquas, quàm intrà aquas inſpicere: nam pluribus in locis, qui erant ſuper thermas, & qui recipiebant vapores thermarum, vidi ſulphur adhærere; & pro ſatisfacienda curioſitate canalem, per quem thermalis aqua continuò fluebat, aperiri curavi Budæ in Hungaria, & meis manibus ex ſuperiori canalis parte extraxi ſubſtantiam, vix â floribus ſulphuris diſtinguibilem, quâ plures capſulas replere potui*: quem authorem, autopticâ nunc inſtructus experientiâ, veriſſima ſcripſiſſe teſtari poſſum. Hos *flores ſulphur eſſe phlogiſton* ignis docet, dum

enim exſiccati & in ſpulverem redacti in prunas candentes mittuntur, præter flammam cœruleam cum fœtore ſulphur accenſum comitari ſolito detonationem quandam ſubitò excitatam eſſe ſtupui, omninò ob præſentiam *nitri*, nam undique in florum interciis accreverant *cryſtalli pellucidæ*, *oblongæ*, *formâ quasì capillaceâ*, ubi autem cubicâ vel aliâ irregulari donatæ fuerint figurâ, ſulphur quidem conflagrat, ſed ſinè detonatione crepitus tamen materia repetitis vicibus dederat, quemadmodùm *ſal commune* igni commiſſum.

§. 26. Tandem *flores* unâ cum *cryſtallis* per organa vitria ſecundùm ignis gratus competentes deſtillavi, ubi imprimis inſipidum tranſiit phlegma, quod ſecutus eſt ſpiritus quidam limpidiſſimus acidus, quem ferè in omnibus ſpiritui ſulphuris ſimilem eſſe comprehendo; in collo alembici, lateribúsque cucurbitæ flores albi pulcherrimi pruinæ ſimillimi conſpiciuntur, alii coloris obſcurè flaveſcentis, quæ ſuper prunas flammam concipiunt, ſaporis ſunt ſalſo-urinoſi, figuræ oblongæ ſexangulis *nitrum perfectum* referentis, alii erant, ùt nitrum pellucidi, nullius tamen ſaporis, aut odoris præditi, quorum figura pariter erat oblonga *nitri* forſan *calcarei* ſoboles, nisì quòd alicubi verâ quasì ſtellâ ſignati fuerint, quod indicium præbet *ſulphuris ſali conjuncti*, ſal námque ſic ſentiente Bechero in ſuppl. 2do. in phyſ. ſubterr. theſi 6. n. 263. pag. 83. junctum ſulphur formam ſtrictam exhibet, quemadmodùm ſal martis junctum ſulphuri mercurii in regulum ſtellatum abeunt.

§. 27. Aquæ præſertìm *thermarum Civilium* in prolapſù ſub rupe ſtagnanti, ac paulatim per canales decurrenti *cruſta* quædam *calciformis* alba inſipida, & inodora ad ſemi-digiti ferè nonnunquam craſſitiem innatat, qualem ex evaporatione aquæ in ſuperficie concreſcentem pariter accepimus, & vix quidquam in utraque præter *lapidem calcareum reſolutum* advertere quivimus, nisì quòd ſub calcinatione obſcuritatem amiſerit & candidiſſima facta fuerit, ſignô in exiſtentis *ſulphuris* & *bituminis* in igne poſteà conſumpti, ubi nonnihil adſtringentem nacta erat

ſapo-

ſaporem, reſolutâ ſcilicet parte ſulphuris pingui, acida verò cum alcali lapidis calcarei fortiter concentrata, ac *aluminoſum* quaſì *concretum* conſtituente, quotieſcunque enim corpus pretroſum â ſpiritu ſulphuris ſolvitur, cum eo in concretum aluminoſum coägulatur.

§. 28. *Fæces*, ſeu *lutum* in emiſſoriis depoſitum *nigrum* & *viride* lentè admodùm exſiccatum deſtillationi ſubjeceram, in qua libra una, & unciis propè ſex, uncias ferè quinque liquoris ſpirituoſi, & unicam propè dimidiam olei fœtidiſſimi, magnæque acrimoniæ olei vitrioli, aut ſulphuris deſtillatum referens accepi, liquor autem ſpirituoſus pariter graveolentiâ moleſtus ſapore ferè oleum rancidum æmulatur, quæ ex *ſulphure*, & *bitumine* inibi fraceſcentibus provenire nullus dubito: odor nàmque ſulphuri, ſuavis quidem purior, gravis verò impuriori ab omnibus ſanioris mentis Philoſophis tribuitur, unde ſulphur omninò quidem non adeò purum ob particulas crudiores, minùsque excoctas, ac bituminoſas his thermis ineſſe quis ſtatuet, & non adeò quidem ineptè, ſiquidem vix ullis aquis medicatis ſulphur purum ineſſe credidero, quamvìs Libavius in tract. med. phyſ. de acidulis Caſym. in deſtillatione aquæ illius fontis odorem radicis Ireos ſe percepiſſe ſcribat: nam hoc puriori ſulphuris parti in deſtillatione extraverſi adjudicandum, cùm antè eam nihil ſimile, neque in ſcaturigine, neque extrà eam adverſum ſit, ad quod forsàn talis mineralium mixtura, & ſymetria, ùt ipſe author cit. etiam ſentit, aliquantùm coöperta fuerit; interim tamen non ibo inficias aliquas aquas minerales præ cæteris purius ingredi ſulphur, ùt ſimiliter in noſtris animadverſum eſt thermis, ùt poſteà in recenſione mineralium thermas noſtras ingredientium particulari notabimus. Prætereà autem aquæ tales ſpernendæ non ſunt, licèt enim ſulphur ſolis ſit præſtantiſſimũ, fixiſſimũ, ac puriſſimum, ideò tamen cœtera mineralium ac metallorum imperfectorum ſulphure non ſunt contemnenda: de ſulphure námq; antimonii, veneris, vitrioli, aliorúmque corporũ ſubterraneorũ tanta circumferuntur, ut eorum miraculis pleni ſint libri, etiamsì gradũ pu-

ritatis

ritatis ſulphuris auri non attigerint; imò ſulphur commune tanquam impuriſſimum quantæ ſit virtutis & energiæ in profligandis morbis, quotidiana optati effectus teſtantur exempla, in morbis pectoralibus, colicis, peſtilentialibus, pellendo fœtu, cui Ettmüllerus ſulphur & myrrham ſufficere fatetur, in affectibus cutaneis, hepatis intemperie calida, ulceribus malignis, ac putridis, cacoëthæis, aliíſque difficulter ſanabilibus, quod ſulphur præſtat ratione ſuæ pinguedinis, acidum enim. quod ei ineſt, ulcera non corrigit, alcalicis verò cicuratum in medicamen balſamicum abit; & alia ſexcenta, quæ ſulphuri etìam impuro magnô ægrorum commodô deberi indies experimur, ſilentiô involvendô. Deinde adhuc impuritatis ſulphur hoc noſtrum propter graveolentiam redarguere, præcox nimìs videtur eſſe judicium, nisì progreſſam conſideremus putredinem, quâ ſulphur etiam purum fætore ſe prodit, aliàs námque in acidulis Caſymirianis æquè impurum eſſe ſulphur admittere cogemur, ſiquidem ùt ipſe Libavius fatetur, aqua illa acidula poſt putrefactionem grevi fœtore nares ferit, non itáque tantùm ſulphris impuritatem, quantùm prægreſſam putredinem hujus fœtoris cauſam fuiſſe ſtatuendum, aqua enim iſta, antequam putreſcat, graveolentiâ ferè immunis eſt.

§. 29. *Caput mortuum*, ſeu *terram nigram* ex deſtillatione reſiduam in tigillo igne reverberii per duas horas calcinaveram, quâ calcinatione peractâ terram inveni albam, ſeu potiùs cinericeam lapidi calaminari vix non in omnibus ſimilem, quæ aceto infuſa idem dulcificat, modô non abſimili, quô terra illa cinericia, de qua §. 23. Elixatâ tandem aquâ ſimplici, terrâ illa ſolutionem filtratam evaporationi tradidi, ìn qua paulò poſt pellicula alba pinguedinis inſtàr in ſuperficie concreverat, proùt ſuperiùs ſœpiùs dictum, evaporatâ tandem ultrà medietatem aquâ reſiduum in locum frigidum repoſui, ut cryſtalli concreſcerent, ſed nihil ſimile advertere quiveram, nisì quòd pelliculæ pars quædam ad fundum decidiſſet, unde denuò lixivium, quod erat ſaporis ſalſo-acris, calori admotum ad parvam admodùm quanti-

tatem

tatem evaporavi, ac ſecundâ vice cryſtalliſationem tentaveram, ſed fruſtraneô conatu, unde ad ſiccitatem usque evaporatâ aquâ ſal in fundo remanens aëri libero frigido expoſui, ubi poſt horas. 24. nonnihil liqueſcere inceperat, quo tempore contigit, ut quidam fide digni viri, ac amici mei mecum in prandio eſſent. quibus, ut deguſtarent terram illam ſalinam, inchoatô jam jam fluxu obtuleram, ìn quem finem acu quadam orichalceâ quiddam è vitro exempturus, iiſque porrecturus, mirum dictu! vide acum eâ parte, ubi materia ſalina adhæſerat, argentô vivô obductam, ut & omnes unanimiter credidiſſent, niſì unicô hôc ſale reſolutô factum fuiſſe, oculati teſtes extitiſſent, duravítque nitor iſte argenteus duos circiter dies, antequàm evanuit: tentavi id idem cum argento, ſed hôc colore ex fuſco ruffeſcenti defœdaverant, perſuaſum mihi imprimis habeam *terram iſtam eſſe ſalinam magneticam*, de qua cap. 3. ſpiritúmque univerſalem ſeu ſal centrale terræ inter ignis etiam torturam tenanciter retinuiſſe, unde ut veritatem iſtius rei experirer, ſale illo adhuc reſiduô, antequam in aëre liqueſceret, cum ſiccô tum aquâ ſimplici fontanâ humectatô acum illiniveram, ſed ſpe fruſtratus nîl ſimile expertus ſum: hinc præſertìm cùm & ſapor longè erat penetrantior poſt fluxum in aëre quàm antè ejusdem in aëre colliquationem, ex aëre ei aliquid talis effectus acceſſiſſe, plùs quàm certum eſſe dijudicaveram, quamvìs pondere id explorare non voluerim cum multum hinc inde ſatis reſoluti vitro adhæſerat, quod eximere tam exactè non potui, quin quiddam de eo remanſiſſet. Conjeciitàque *terram hanc ſalinam* omninò *magenticam ſpiritu ſuo depauperatam* ob occulatum quendam cum ſale ſulphureo mercuriali univerſali magnetismum eundem denuò ex aëre attraxiſſe, in qua attractione hoc notatu dignum, id cœlô ſerenô tantùm, in umbra tamen, ac lunâ creſcente, aut plenâ exiſtente ſuccedere, non item cœlô pluviosô, ac in lunæ decremento, ſive novilunio, quanta nunc hôc perquàm utili experimentô veræ phyſices argumenta, & axiomata involvantur nôrint illi, quorum ſapientia ſe ultrà culinam extendit, & ignem in aqua coqure didicerunt,

ità quidem, ut de hocunico integrum conſcribere volumen difficilè non ſoret; ſed nè brevitatis terminos tranſilire videar, & lectori tœdio ſim, altæ taciturnitatis limitibus concluſa relinquo, attamen ſapienti pauca ſufficiunt: cœtera in phyſicam meam tripartitam remitto, ubi plura etiam occultiora hac de re cap. de reſolut. corp. ſyncero amico tradentur; ſimile, quod Domino D. Rapp, referente Becherô in phyſ. ſubterr. pag. 421. dum vitriolum commune aëri exponeret, accidiſſe legimus, ubi ſe poſt tempus aliquod currentem mercurium inveniſſe teſtatur, & ipſe Becherus loc. cit. ſe in turri quadam horologium conſtruxiſſe aſſerit, cui varia antiſacomata plumbea appendit, continuóque aëri expoſita lanuginem contraxiſſe albiſſimam, qua ſe deraſam levi negotiô in currentem mercurium convertiſſe affirmat, concludítque non modò in mari, variíſque ſalibus, ſed & in ipſo aëre talem terram, ſeu ens mercuriale latere, híncque omnes mercurios corporum, dum evaporant, rubram maculam in argento relinquere immortalem nitri animam atteſtantes; quo experimentô non tantùm dicta hypotheſis de generatione aquarum mineralium ſtabilitur, ſed *ens illud univerſale* thermis etiam noſtris, quamvis non nihil alteratum, omninò inexiſtere de cujus virtute tanta in mundo medico circumferuntur encomia ſatìs plauſibilia, facilè concipimus,

§. 30. Lutum *hoc* nigrum in canalibus ſubſidens, inibique quieſcens, ſi baculô commoveatur, ingenti fœtore ſulphuris putreſcentis adinſtar illicò nares petit, quamvìs equidem aquæ iſtæ thermales ob copiam ſalis difficulter certè putreſcant, pinguiores tamen ſulphureæ, bituminoſæ, aliæque ejus generis particulæ, relictìs interìm reſolutis ſalibus in aqua, aquæ commercium fugientes, fundúmque petentes accedente ſolis calore in putredinem tandem ruunt, ſicque totum concretum in prima quasì ſua conſtitutiva reſolvìtur, ac fatiſcit, quæ accidente ignis operâ facili marte ſeparari poſſunt ad modum modò dictum.

§. 31. Perſcrutatis nunc iis, qnæ ipſius naturæ operâ ſuô locô ex aquis ſeparantur, ad artificiale aquarum ſcrutinium, partium-

tiúmque conſtitutivarum ſeparationem accedimus, ubi præ primis notandus venit mirabilis ille effectus, qui impoſitô in aquam prœſertìm thermarum Cæſarearum argentô: inibique per horam circitcr relictô ſubſequitur, argentum námque aureô colore pulcherrimo obducitur, ut quasì in aurum tinctum eſſe videatur, quam tincturam per multos dies illibatam retinuit, ſignô inexiſtentis ſubtilis cujusdam & penetrantis *ſulphuris* plùs minùs ad fixitatem accedentis, id eſt *aurei*, ſulphura etenim mineralia, & metallorum imperfectorum utpotè â fixitate, & puritate longiùs recedentia argentum potiùs denigrant; hanc dignitatem huic ſulphuri competere inſuper elegans comprobaverat medicinalis ejusdem effectus; dum etenim quodam veſperi ex eſu lactucæ exceſſivô me peſſimè habuiſſem, arreptô hôc ſutphure ſuprà menſulam in ſcatula poſitô decem circiter ejus grana ſumpſeram, & eccc! contrà omnium expectationem intrà horæ intervallum ſublata eſt nauſea, vomendique conatus unâ cum cæteris ſymptomatibus, optatâ cum gratia Divina fruebar ſanitate, viribúsque priùs languentibus nunc reaſſumptis exhileratóq; animô admiratione plenus, quòd volatile, nec adeò purum ſulphur, tanta poſſet, decubui, atque totâ quanta nocte contrà conſuetudinem tranquilliſſimô recreabar ſomnô, unde concluſi *ſulphur* hoc eſſe omninò *pretioſum* & ad *auri naturam* quodammodò accedere, aut *antimonio* ſuos debere natales, utpotè, quod aureô quoque ſulphure turget; unde ferè Helmontius ſulphuribus metallorum depuratis omnes obedire morbos aſſeruit.

§. 32. Aquam tandem thermalem radiis ſolaribus evaporandam expoſui, ubi nondum ad medietatem in auras diſſipata *ſubacidum*, acidulas vapidas æmulantem retulit *ſaporem*, quem ad ultimam etiam guttam, vix non eundem conſervat. Evaporatâ aútem ad ſiccitatem aquâ in margine vitri *ſal manifeſtè ſalſum*, *ſal gemmæ* referens ſubſidet, in medio *terra calcinea*, ſeu *marga alba inſipida* alcalinæ proſapiæ cum ſuperiùs memorata de *lapidis calaminaris* forsàn indole fundo innititur, lateribus verò â ſuperficie ad fundum pulviſculus albus adhæret aliqualis pariter



ſalſe-

ſalſedinis particeps. In evaporatione ſuperficietenùs *pelliculam* eijcit *multifarii coloris iridis inſtar*, quod prunis injectum nonnihil ſulphureum ſpirat odorem, ſaporis autem eſt nullius. Quòd ſi verò aqua apertô coquatur igne plùs minùs violentô præter *terram quandam albam*, & *ſabuloſam* omni ſapore & odore deſtitutam vix quidquam invenitur, cæteris nimirùm omnibus in auras avolantibus, unde facilè conijcitur ingredientia thermalia â potiori eſſe volatilia.

§. 33. Deſtillabam deinde aquæ mineralis libras decem per organa vitrea, de qua ſemitraductâ effundebam uncias octo, & injectô quodam alcali, aqua poſt temporis aliquod intervallum aureô tincta eſt colore elegantiſſimô, ad fundum præcipitatus pulviſculus albicans, hinc alius rubicundus adinſtàr cinabaris rubicundiſſimi, argumentô præcipitati *ſulphuris aurei*, utpotè cui color rubicundus potiſſimùm competit, quamvis etim ferro, ſeu ſulphuri potiùs ejusdem rubeum colorem communem eſſe non ignorem, is tamen infuſione gallarum nigreſcit, quod Boyle de gem. ſect. 1. ſe expertum eſſe teſtatur, dum menſtruô quodam minùs corrdente ex granatis ſubjectis martiali tincturam rubicundiſſimam extraxiſſet, eâdem infuſione gallarum inſtillata nigra evaſerat: hoc etiam affirmat Ettmüller & alii, dum lapidum pretioſorum colorem rutilantem *ſulphuris ſolaris* eſſe ſobolem perhibent, imò D. D. Becherus in phyſ. ſua ſubterr. lib. 5. ſect. 6. cap. 536. ſcribit rubino, ut inde fiat aurum, nihil planè præter tertium principium, ſcilicet mercuriale deeſſe, ubi luce clariùs patet, ſecundum principium, ſcilicèt ſulphu ſolare rubino inexiſtere, eíque colorem rutilantem tribuere.

§. 34. Interim aquam in organis deſtillatoriis reſiduam ad ſiccitatem usque abſtraxeram, & ingentem copiam *ſalis ſalſi* in fundo vitri inveni, qui tamen fluxum in loco humido propter admixtam terræ bolaris, ſeu margæ copiam recuſaverat, elixatum autem promptum influxum obſervavimus, erat autem ejusdem parva quantitas, ſeque reſpectu aquæ habuit ferè ùt unum ad quingenta, terra autem, ùt unum ad centum viginti, cæterùm

totum

totum per alembicum ad receptaculum tanquam volatilius per ſublimationem delatum eſt.

§. 35. Tempore hyemali aquam ex ſcaturigine recenter hauſtam frigori expoſui', ut congelaretur, qua conglaciatâ materiam ſalinam fundo, & lateribus 'vitri adhærentem conſpeximus ' quam materiam Liſter etiam in quibusdam fontibus Angliæ invenerat, *ſalémque, ſeu nitrum calcareum* eſſe judicat, liquoris tantilli, quod adhuc nondum gelu induratum inerat, guſtavi & ſaporis acido-ſalſi in receſſu aëris deprehenderam, ob ſalem ſcilicèt calcareum in eo reſolutum majori, reſpectu vehiculi, frequentiâ luxuriantem.

§. 36. Igne tandem admodùm lentô evaporatâ aquâ in principio bullulas eximo vitri ſensìm ad ſuperficiem attollit, inibi pinguedinis inſtàr in pelliculam concreſcentes, quæ nulliusferè ſaporis eſt, calcis reſolutæ ſoboles, prunis injecta nec crepitat, nec ardet, ſed nigreſcit *ob bitumen* conjunctum, unde & odor nonnihil ſulphureus in fine nares acrimiâ quâdam titillans; in fundo remanſit ſal ſalſum, quod pariter in igne nec flagrat, nec fluit, nec crepitat, ſed odor ejusdem cum priori ferè convenit, utrùmque autem contractâ nigredine in igne evaneſcit. Antequàm autem aqua totaliter evaporâſſet, guſtata *ſalſedinem valdè amaricantem nitri certiſſimum indicium* præſeferebat, decocto gallarum præcipitata pulviſculum album *aluminis* fœturam ad fundum extruſerat; principio autem totus albeſcebat, quas viciſſitudines etiam aqua recenter ex ſcaturigine hauſta ſubit, in cujus medio nubeculæ albæ oberrant, idque vel maximè in thermis Raſcianicis, quæ poſteà fatiſcente aquæ texturâ nigreſcunt, quas pariter in ſcaturigine obſervaveram: & in Libavio de thermis Caſym. *bituminis* eſſe indicium cenſentur.

§. 37. Salia ſalſa ex aquis extracta ſolutioni argenti in aqua forti diſtinctis vicibus indideram, & illicò argentum, quemadmodùm ſale communi ſalsò fieri ſolet, præcipitatum eſt, hinc affusâ aquâ ſimplici albedo totius liquoris in flavedinem mutata eſt, ac citrinus pulviculus ad fundum ſucceſſerat: quod omninò

 nec

nec argento, nec aquæ forti tribuendum eſſe judico, ſiquidem neutrum antè infuſionem lixivii ex ſale thermali concinnati hoc præſtiterat, licèt ſale communi facta eſſet præcipitatio, unde conſectaneum eſſe cenſeo, ſulphur quoddam in lixivio dicto latuiſſe nec vitreo cuidam fluxui, ùt argentum vitra flavedine tingit, tribui poteſt, ſiquidem nihil ſimile vitreſcens in thermis noſtris invenitur, ſed manet *ſulphuri vitriolico* utique id tribuendùm eſſe, quod confirmat ulterior proceſſus, ad ſiccitatem enim evaporatâ aquâ in fundo vitri materia ex flavo vireſcens ceræ inſtàr malaxabilis reperta eſt, quæ calori fluxum recuſat, frigore verò & aëre humidô in magma liquidum unctuoſum reſolvitur ob ſalia in frigido & humido reſolubilia ſulphuri fortiter conjuncta, quemadmodum ſulphur tartari ſali ſuo fortiter annexum in loco frigido & humido in liquorem oleoſum colliqueſcit, ſic & maſſa ex ſuſphure communi cum ſale tartari, vel alio alcalino colliquefacto per deliquium in humorem ſimilem reſolvitur.

§. 38. Ex his & ſimilibus centenis experimentis, quæ brevitatis causâ prætermitto, concludimus thermas noſtras ingredi *ſulphur commune, & metallorum, bolonitrum, & nitrum calcareum, alumen, lapidem calcareum, terram bolarem de natura lapidis calaminaris, bitumen, ſpiritum mineralem acidum ùt & oleum, ejuſdem ferè qualitatis, ſulphuris, & bituminis fœturas, ſalem gemmæ, ſeu ſalſum, aurum, ochram, ſeu vitriolum immaturum, & ſalem alcali, ſeu urinoſum* acidis adverſantem. Cùm autem diverſa diverſis thermis ſaltèm proportione, & puritatis ratione diſtincta, in ſequenti capite quibusvis thermis in particulari indita mineralia proportionatô ordine recenſebimus.

CA-

# CAPUT XI.

## De Mineralibus quarumlibet Thermarum in Specie.

§. 1.

HActenùs mineralia thermarum Budenſium generaliter perluſtravimus, nunc verò ad ſpecifica deſcendimus, ubi brevitatis causâ ea, quæ per integrum decennium & ultra tantùm non millenis probis, tentationibus, ſeu tentaminibus, experimentis, & diuturnis lucubrationibus in aquis noſtris mineralbus, & quidem quibuslibet in ſpecie, numero, & proportione ineſſe adinvenimus per enumerationem ſolummodò propônemus, neque mirum videbitur, unico in loco differentes eſſe thermas, tam in mineralibus, quàm & inde in corpora noſtra viribus energeticis, ſiquidem ſæpiùs experientia docet thermas, & acidulas vix quinque paſſibus à ſe invicem diſtantes, quod præter alias videmus in thermis Carolinis, ubi paucorum paſſuum intervallô thermæ calidiſſimæ, & acidulæ frigidiſſimæ ſcaturiunt, mineralibus utique & viribus inter ſe diſcrepantes, cur itáque id Budæ intercedente ſatìs notabili diſtantiâ locum habere non poſſet? cùm præſertim mineralium inquiſitio notabilem differentiam eorum thermas noſtras ingredientium ad oculum commonſtret, unde indefeſſis laboribus, ſtudiis, & obſervationibus quarumlibet mineralia, in ſpecie inquirere condignum eſſe cenſui, quæ verò his aquis ineſſe deprehenderim omiſſis centum experimentis, hìc brevitatis ſtudiô numericè tantùm, ſed candidè, ùt ex generali præmiſſo examine conſideranti patebit, ſervatâ tamen proportionis ſerie, modò dicam.

§. 2. In primis bene notandum, me quandóque idque præſertim in fixioribus, volatilia námque vaporetenùs avolant, ut eorum quantitas tam exactè ſciri nequeat, additurum numerum proportionalem, qui continuò reſpectu aquæ intelligendus venit. Quamvis autem ob varias circumſtantias, & impedimenta tam

tam exactè præſtare non potuerim, quin ingredientiùm proportio & quantitas poſt exantlatos labores multivaria experimenta, & accuratiores obſervationes magnam partem adhuc lateat, nihilominùs quantum ſolertia indefeſſa, & ſtudioſis obſervationibus ad trutinam phyſicam revocatis, ac ponderatis expiſcari, & bonô jure, ſalváque conſcientiâ ſcribere valui, in ſequentibus benevolo lectori ob oculos ponam.

§. 3. Primò quidem thermas ſub monte S. Gerhardi vulgò das Blokhsbaad ingreditur *copioſum ſulphur*, hinc *nitrum*, *ochra*, *ſeu vitriolum immaturum*, *lapis calcareus circiter ùt unum ad ſexaginta* nonnihil *de ſale alcali* præter propter ùt unum ad centum, *acre bitumen* & *ſalis communis* parum.

Thermæ Civiles multum recipiunt de *lapide calcareo*, ùt unum ferè ad trigenta, hinc de *ſulphure*, & *bitumine*, *nitro calcareo*, *ſpiritu*, & *oleo acidis* pauciorem quantitatem, de *alumine* & *nitro* tàm *calcareo*, quàm *halonitro*, & tantillum *ſalis communis*.

Thermœ Raſcianicæ multô turgent *nitrô calcareô*, & *bitumine*, *alumine*, *pauciori ſulphure*, cui accedit *ochra*; *terra bolaris cretacia*, *de natura lapidis calaminaris circiter* ut unum ad ſeptuaginta, & *ſal* quoddam *acidum* valde penetrans paulò minoris ponderis.

Thermæ Cæſareæ Das Kayſer-Baad *ſulphur* bibunt *ſatis purum aureæ indolis*, conſtat *marga de natura lapidis calaminaris* ſatìs copioſa ùt unum præter propter ad triginta quinque, *bitumine de natura aſphalti*, *ſpiritu acidô eſurinô*, *ſale communi*, *ſeu gemmeô*, lentiſſimâ evaporatione, aliíſque manipulationibus adinventô circiter ùt unum ad centum ſexaginta *nitrô* tam *calcareô*, quàm *halonitrô copioſô*, *ochrâ* & *pyrita aureô*, & *lapidiſcente*.

Thermæ in Civitate aquatica ingredientibus ferè modò dictis ſcilicèt Cæſareis corrſpondent, unâ utpotè ſcaturigine oriundæ, niſì quòd in devolutione aquarum iis accedant aquæ minerales in horto propè molendinam Cæſaream ſito, Domino de Rittersheimb appropriato ſcaturientes, quæ ejuſdem cum modò dictis origi-

originis eſſe videtur, quòd exhauſtô lacu ad pedem montis S. Joſephi magnô gurgite congeſtô, atque molendinæ aquas demittente unâ cum cæteris præmemoratis duabus thermis aquis omninò deſtituantur, hujus effectûs ratio ex ſuperiùs jam dictis, & obſervatis colligenda eſt.

§. 4 Hæc modò dicta thermarum ingredientia partìm ſunt *volatilia*, quæ partìm in decurſu aquarum, partìm verò in caſtellis evaporant aliqualiter, florúmque, aut aliorum concretorum formâ præſentiam ſuâm manifeſtant, partìm verò ſunt *fixa*, quæ aut in *lapidem thopaceum* ad marginem ſoliorum indurantur, vel verò infirma *mucii*, ſeu *materiæ mucilaginoſæ*, vel luti nigricantis lateribus adhærent, aut ad fundum præcipitantur, vel verò aquæ texturæ fortiter inhærentia, evaporatione, deſtillatione, vel cautâ quadam præcipitatione manifeſtantur, quamvìs quædam non omninò eſſe volatilia, neque fixa, ſed quasì neutra obſervaverim, licèt enim multis peractis manipulationibus fixa omninò eſſe videbantur, fortiori tamen paulo igne tractata in aëra evaneſcunt: ſulphur quidem ùtplurimum habetur volatile, utpotè continuò efflans & evaporans. Sal verò commune, ſeu gemeum, alumen, marga, lapis calcareus, & ſal alcali ad fixitatem magìs accedunt, verùm nitrum, ochra, ſeu pyritarum ſubſtantia partìm ſunt volatilia, partìm fixa, ſimiliter, & bitumen, quod præter exhalationem ſuam in emiſſoriis putreſcit, ſubſtantiam verò pyritarum aurificarum potiùs eſſe fixam arbitror, eámque in forma bolari ſubſidere ſuſpicor.

§. 5. Hìc autem benè notandum, quòd ſi quis puris deſtillationibus, evaporationibus, aliíſque ſimilibus operationibus in examine thermarum mineralium indulgere vellet, ſícque modò dicta corporaliter unâ cum omnibus eorum accidentibus ſe inventurum ſperaret, ſe omninò deceptum iri credat, ſiquidem corpora ſunt reſoluta, ac ſibi invicem nonnunquam fortiter adhærentia, ut vix ullâ arte ſeparabilia ſint, aut aliter craſim ſuam priſtinam immutent, unde ſolis iſtis ùt repetitis, fidendum non eſt, ſed aliæ quoque poſſibili ſolertiâ perpendendæ ſunt circumſtan-

tiæ, ex quorum omnium concordantia tandem firma fieri poteſt concluſio hoc, vel illud minerale aquas medicatas ingredi.

§. 6. Deinde in deſtillationibus non niſì terra, ſeu ſal quoddam fixum cæteris evaporatis in cucurbita remanet, quæ niſí ulteriori examini ſubjiciatur, aquæ omninò ùt priùs latebunt, nec indoles earum manifeſtatur. Et poſitò manifeſtam ſalſedinem in iis percipiamus, inde tamen nondum conſtat nitri, aut ſalis gemmæ eſſe ſoboles, niſì debitô deinde modô tractentur, ut tandem indubitata eorum eluceſcat natura.

§. 7. Cautum itáque aquarum mineralium ſcrutatorem eſſe oportet, ut columbas â corvis ſecernat, ùt ex ungue leonem, cui legi ſin minùs forſan ſatisfecerim, aliis libenter negotium cedo, interim quisquis es cavillator, aut momus; nè ſuprà labores meos iniquum feras judicium, aut meliora proferas, ſcias equidem me nihil hìc ſine prægnanti cauſa, certis motivis, & ſtabili factâ concluſione praxi confirmatâ ſcripſiſſe.

§. 8. Quòd autem quarumvis thermarum hujus loci mineralia unâ cum experimentis, inquirendíſque modis ſpeciali capite non tradiderim, id non aliâ, niſì brevitatis causâ, nè tot rerum repetitionibus tractatûs originem interturbarem, factum eſſe certò ſcias, dicere enim poſſum in veritate, plùs quàm mediam tractatûs partem unicæ brevitatis ſtudiô me rejeciſſe, nè eis, qui forsàn plùs alia ſcurrilia conventicula, luſus ludricos, aut turpia etiam otia, quàm longas librorum lectiones venantur, & amant, tœdio ſim.

# CAPUT XII.

## De præexiſtentia reali dictorum mineralium in aquis noſtris medicatis.

§. 1.

SUnt nonnulli chymicophantæ, ſeu potiùs oſores artis ſpagyricæ de cognitione vera, & infallibili naturalium deſperantes, qui artem pyrotechnicam falſam, & deceptoriam pronunciant,

ciant, quod fucatô quodam rerum nitore hominum eludat conatum, nec unquam in ſubjectis ſalem, aquam, terram, ſpiritum, oleum, aliáque ſimilia compoſitum conſtitutiva per artem ſeparata præextitiſſe, ſed vi Vulcani noviter ex iis producta fuiſſe, verùm hallucinantur boni viri, ſiquidem ultima reſolutionis ſint prima compoſitionis, ſi non numerô, ſaltèm ſpecie, unde nisì admiſerint unam ſpeciem poſſe per artem transmutari in aliam, falſa neceſſariò erit eorum aſſertio, ſi verò admiſerint, ars ſpagyrica erit profectò nobilis ſcientia, utpotè mediante qua artifices poterunt ex aqua facere ſulphur, ſal, terram, nitrum, alumen, bitumen, calcem, ochram, vitriolum, & alia plura, quod certè ab omnibus ſimilis farinæ hominibus hucusque acriter negatum fuit. Et ſi hucusque negaverint, quomodo in veritate aſſerere audent ex aqua oleum & ſpiritum acidum, terram varii generis, ſulphur genuinum commune, & metallorum, aliásque rerum ſpecies *ex aqua* per artem produci? Verum eſt quidem aliqua ex potentia in actum deduci, ùt eſt odor ſuavis metallorum, fixitas, volatilitas, penetràntia, vegetatio, & ſimilia alia, non cuivis vulgari cinifloni cognita, ſed hoc non eſt nova producere entia, verùm centralia, profundéque latentia extravertere, & quæ priùs fuerant abſcondita, reddere cognita, idque ad naturæ imitationem, unde ars, quæ naturæ dicitur ſimia, ſuum præfixum adipiſcitur finem hinc laudanda foret, & non vituperanda.

§. 2. Deinde in aquis mineralibus, poſitò etiàm, ſed non conceſsò, quòd hæc ſententia adverſariorum in aliis locum haberet, in aquis tamen mineralibus nova producere entia planè contrà experientiam eſt, ibi námque ferè pleràque realiter formâ corporis, aut ſpiritûs præexiſtunt. ſolùm quòd ob diſſolventis, aut diluentis copiam viſum & guſtum ſæpè effugiant, unde ſinè ignis & artis etiam opera naturà tantum operante, varia in ſublimatione, & cryſtalliſatione manifeſtantur, ùt ex ſuperioribus dictis ſatìs patet, ſic etiam aquæ mineralis ſibi planè relictæ, ut putreſcant, diſſolutis fracedine concreti vinculis mineralia mixturam ingredientia â ſe invicem ſecedunt, documenta præbentia, quâ ſunt ab

origine nata; ità etiam leni admodùm calore evaporatâ ſuperfluâ diluentis quantitate, colore, ſapore, conſiſtentiâ &c. in corpus concentrata ſeſe manifeſtant.

§. 3. Hæc autem artis eſſe producta neminem credo dicturum, utpotè ubi artifex nihil in opere confert, niſí quòd diſpoſitivè conatum naturæ promoveat, ſcilicèt demendo impedientia, & procurando promoventia: vera ergò ſpagyrica non producit nova entia, ſed ea, quæ latent in ſubjecto abſcondita, manifeſtat, extravertit, vel in actum deducit, quemadmodùm mulerculæ conſtitutivas lactis partes partim digeſtione partim trituratione in vaſculis ad hoc opus concinnatis, nimirùm cremorem, ſerum, butyrum, caſeum ſeparant, in quo tamen ente hoc nec unum, nec alterum adverſum fuerat; hæ tamen nihil minùs, quàm artis ſpagyricæ gnaræ ſimpliciſſimâ quadam operâ ſimilia præſtant, cur id arte pyrotechnicæ potiſſimæ naturæ penetralium clavi denegandum foret? hæc námque per varia artificia, & occultas manipulationes anatomiam cujúsque corporis dextrè inſtituit, ut intima quæque extravertantur, partes conſtitutivæ ſeparentur, & quieſcentia in actum deducantur, ut omnia perluſtrare queat, quæ priùs in naturæ ſinu deliteſcecant abſcondita.

# CAPUT XIII.

## De mineralium thermas noſtras ingredientium indole, ſeu natura, differentia, & viribus.

§. 1.

PErluſtratis nunc thermarum noſtrarum mineralibus, de eorum in corpora humana facultalibus unâ cum cæteris ſcitu neceſſariis hôc capite agemus, ubi notandum, cùm potiſſima ingredientium pars ſalinam ſapiat progeniem, de ſalibus præprimis dicere ordimur.

§. 2. Sunt autem in regno minerali (de cæteris námque

duobus

duobus regnis hìc ſermo non eſt) per multa ſalia, eáque partìm ſimplicia, partìm compoſita; ſimplicia quidem *ſal alcali*, quàm vìs raro purum, & *ſal acidum*, ex quorum congreſſu reſultat unum tertium compoſitum, ſcilicèt ſalſum, idque decomponentium ratione varium tam volatilitate, fixitate, quàm formâ, & ſubſtantiâ, ſi námque utrumque ſimplex ſcilicèt acidum, & alcali, eſt volatile, mixtum volatilitatis erit particeps, ſin autem utrumque fixum, ejusdem generis habebitur compoſitum; ſi verò ſal acidum, ſeu acidum univerſale, quod mater eſt omnium acidorum ſubterraneorum, & maximum decomponens, ſibi jungit corpus quoddam plùs minùs compoſitum, utrumque tamen alcalinum, pro varia ejusdem craſi, varia producit compoſita, videlicet nitroſa, vitriolata, aluminoſa, ſulphurea, bituminoſa &c., de quibus nunc ſingilatìm in ſpecie tractabimus.

§. 3. Dicuntur *ſalia alcalina*, quæ ſuis poris ad incuniandas acidorum particulas nata ſunt, *acida* verò è contrà, quœ ſpiculis ſuis rigidis & acutis alcalinorum poros ſubire avientes motu ſive lentô, & fermentativô, ſive impetuosô effervescentiæ cum æſtu inſigni pro libertate earum ad ſaturationem uſque moventur, quo motu, aut heterogeniâ ſeparantur, aut tertium emergit ſalſum plerùmque diureticum.

§. 4. Hoc ità ſe habere teſtatur ſynthetica ſalis ſalſi compoſitio, etenim ſi ſpiritus ſalis acidus ſali cuidam fixo alcalino v. g, tartari, aut alii cinericeo, juſtâ tamen quantitate confunditur, ac ſolutio inſpiſſatur, perfectum ſal ſalſum conficitur, idque non ſinè prægreſſa ſalium iſtorum effervescentia, & conflictu, uſque dum tandem ſaturata in unum coäleſcant, neutrum ſcilicèt ſalſum.

§. 5. Eſt autem *ſal ſalſum* ratione loci natalis in triplici differentia, nimirùm *fontanum*, quod ex fontibus ſalſis excoquitur, & *montanum*, quod in mediis montibus concreſcit in lapidem cryſtallinum, ubi deinde in copia eruitur, & *marinum*, quod pariter evaporatione aquarum inſpiſſatur.

§. 6. Hoc *ſal ſalſum* in quotidiano hominum uſu tantæ neceſſitudinis eſt, ut eo penitùs carere nequeamus, unde omnia

 fere

ferè cibaria ingreditur, eorúmque optimum habetur aróma, & condimentum; in medicina quoque non ultimum tenet locum, vi námque ſuâ balſamicâ corpus noſtrum â putredine præſervat, quod optimè norunt coci, qui mediante hôc ſale carnes diutiſſimè â putredinali diſpoſitione incorruptas ſervare didicerunt, ſtimulum naturæ impulſivum promovet, corpúsque per vias competentes ſuperfluitatibus excrementitiis exonerat, unde ferè totum, quodquod ex corpore humano tanquam excrementitium eliminatur, ùt urina, lachrymæ, ſudor, &c. ſalinam redolet indolem, ejus verò defectu humores putredine diffluunt, unde fætor.

§. 7. Aliquibus veneri ſtimulum addere creditur, eò, quòd Ægyptiacos canes inertes ad coitum ſalſamentis, carnbúsque ſale maceratis ad venerem alacriores reddidiſſe lectitâſſent, hinc veneri dediti ſalaces dicebantur, venerémque è ſale natam finxêre Poëtæ.

§. 8. In emolliendo, & expellendo calculo, ſabulóque renali egregium obtinet uſum, flatus diſcutit, & diſſolvit, in vulneribus corruptionem impedit, ità ut in aqua ſolutum â Paracelſo lib. 1. de nat. rebus cap. 4. habeatur pro vero vulnerum balſamo, vermes etiam in ulceribus enecat, ſcabioſos fœdâ ſcabie mundat.

§. 9. Latet quoqne in eo virtus quædam reſolutiva, & deopilativa, qua obſtructiones in poris, meatibus, ac venis viſcerum reſerantur, & materia opilationis cauſa in iis reſoluta per urinam, aliósve ductus excretorios vi deinde ejuſdem expulſiva exterminatur.

§. 10. *Nitrum* concretum eſt ſalſo-ſulphureum; ubicunque enim terra alcalina pinguis ſternitur, facilè efflореſcit nitrum accedente ſale univerſali centrali, cujus quidem plures ſunt differentiæ, nos autem duas tantùm ſpecies ejuſdem adducemus, quarum unum dicitur *bolonitrum*, alterum verò *nitrum calcarium*; priùs definivimus, quòd ſaporis ſit non nihil amaricantis, ac in igne flammam concipiat, totúmque, ſi purum, conflagrat, &

aëra

aëra petit, poſterius verò minùs vulgatum, utpotè ab Anglis præcipuè Liſtero de aquis medicatis detectum, quod ex acido univerſali, & ſale lapidis calcarei concreſcit, acidum námque eſurinum ſulphuris embrionati agendo in lapidem calcareum cum parte ejus ſalina in concretum nitroſum figitur, quod ab holonitro diſtinguitur, primò figurâ in cryſtalliſatione, ſiquidem nitrum noſtras cryſtallos exhibet ſexangulares tenues, longas, & aqualiter craſſas, quarum latera paralellogramma ſunt, & ex una parte quadam acu, vel mucrone pyramidis in modum acuminatô deſinunt, ex altera verò parte nonnihil aſperæ, & quasì præfractæ conſpiciuntur; nitri verò calcarei cryſtalli tenues ſunt & oblongæ, laterúmque quatuor paralellogramma referentium, quæ tamen ferè inæqualia ſunt, & ipſe mucro ex binis planis lateribus triangularibus formatur: ex adverſa verò parte duo plana quadrata habet in contrarium prioris, deinde diſtinguitur, quòd in igne flammam non concipiat, ſed liqueſcit vix non aluminis inſtàr, pumicíſque albiſſimi in modum indureſcit, ſcilicèt, ſi purum eſt.

§. 11. De *nitri præſtantia* tanta in foro medico circumferuntur, ut quibusdam pro materia lapidis philoſophici venditetur, quibus tamen alii acriter contradicunt, de re, quam forsàn in concavo, ſeu potiùs centro philoſophicæ lunæ nitro æmulæ inveniſſent, mordaciter digladiantur; ſed mittamus iſta nihil ad propoſitum noſtrum facientia, rixentur illi, nos interim ipſis nitrum; non ùt materiam lapidis, ſed ùt blandum eorum irâ æſtuantium corporum refrigerium propinabimus.

§. 12. De *primis nitri qualitatibus* acriter contravertitur, aliqui enim frigidum eſſe ſtatuunt, quia in corpore humano frigidas edit operationes, exorbitantias bilis, ſeu ſalis volatilis, & ſulphuris microcosmici compeſcendo: alii calidum judicant, quia reverà eſt ſal ſulphureum volatile, & inflammabile, corporum metallicorum compagem deſtruens, de quo alchymici: vulgus per ignem cremat, nos per aquam, ſcilicèt ſpiritu nitri; imò omnes metheorologicas impreſſiones & commotiones tam ſubquàm ſuprà terram gignere perhibetur.

§. 13.

§. 13. Ego ſi quidquam hac in re decidere auderem, illorum, qui frigidum ſtatunt, ſententiæ ſubſcriberem: eô enim, quod in igne flammam concipiat, ac in auras evolet, caliditatis eſſe indicium, vix fert ratio: Siquidem vera non eſt flammæ, ſed potiùs ſtridor disjicientis ignis ob incompatibilitatem nitri, & ignis, ùt bene ſentit ſenertus cap. 19. de conſtit. chym. pag. 49. potiùs nimirùm ignem ſugere, quàm ab igne accendi, ſtatuendum eſſe, séque invicem averſari, ità quidem, ut ignis, inſinuante ſeſe penitùs in carbonibus nitrô, nitrum fugiat.

§. 14. Nec adeò *volatile* eſt, quin ſale fixô contemperetur, duplex enim ſal in nitro agnoſcit Linzerus de ſale ex quercetono, *fixum*, & *volatile*, idque ſulphureum & mercuriale acidum; ob quam contemperationem in præparatione ſalis prunellæ fuſionem ſuſtinet.

§. 15. Nec adeò ſulphureum eſt, nam ſulphur non admittit, ùt videre eſt in dicta lapidis prunellæ præparatione, ubi ſulphur injectum in ſuperficie nitri diſcurrit, quod non fieret, ſi in tantùm eſſet ſulpureum, *natura enim naturam libenter complectitur. Et complexio eſt ex complexione*; ùt philoſophici dicere amant.

§. 16. Quòd autem corporum metallicorum deſtruat compagem, minimè calori, ſed penetrantiæ ejusden ſpiritûs ſulphureo-mercuriális aërei tribuendum eſt, qui intima quæque penetrando partes corporum conſtitutivas in motum agit, quo mediante compoſiti vincula diſſolvuntur, partésque à ſe invicem ſecedunt. Quo ad metheorologica res dubia adhuc eſt, unde, cùm aliunde fori noſtri hìc non ſit, aliis diſcutiendum relinquo, præſertim cùm ex effectibus medicis temperamentum ejus frigidum abundè conſtet.

§. 17. Hoc ſal mirabile in potu diſſolutum, & ità hauſtum ſanguinem æſtuantem in febribus mirè contemperat, nisì debilitas ventriculi, & laxior alvus ejus uſum diſſuadeat, pudredini reſiſtit, hinc dicitur aroma frigidum, Carminativum eſt ſingulare, & ſiatus egregiè diſcutit, unde ſpiritus nitri cum ſpiritu vini cohobatus

batus ſpiritûs anticolici nomine venit, eò etiam nitrum electuarium diaſpoliticum Galeni ingreditur, quod in affectione hypocondriaca valdè flatulenta recommendatur.

§. 18. Eſt quoque diureticum, quod primas vias, & renes abſtergit, vi ſuâ quaſi ſaponatâ arenam, & ſabulum in iis hærentem reſolvit, ac per urinam expellit, à calculo præſervat, & ſuppreſſioni urinæ ſuccurrit.

§. 19. Adhibetur etiam cum ſucceſſu in prunella, angina, ſeu faucium inflammatione, laxitate, putredine, & ex eſione gingivarum, phlogoſin viſcerum naturalium, humorúmque orgasmum ſedat, ſitim mirificè extinguit, &, ut D. D Carolus Muſitanus in pyrotechnia ſe expertum eſſe teſtatur, in pleuritide, pevipnevmia, dolore nephritico, & gonorrhœa laudem meretur.

§. 20. *Alumen* eſt ſalſugo terræ mineralis naturæ ſaturninæ, conſtans ſpiritu acidô ſulphuris embrionati, & corpore terreô, aut petroſô plùs, minùs ſaturninô, cujus multivariæ ſunt differentiæ, quas qui ſcire cupit, legere poteſt authores, Ettmüllerum, Muſitanum in pyrotechnia, Schöderum in phar., & alios paſsìm de alumine ſcribentes.

§. 21. Nos de alumine rupeo in præſenti loquemur, quod Galenus Dioſcorides, Avicenna, & medici Florentini vi calefaciendi, & exſiccandi præditum eſſe pronunciant, quæ ſententia forſitàn in dubium vocari poſſet, quòd ratione texturæ ſuæ ſtipticæ, & nonnihil auſteræ potiùs frigidum & ſiccum ſtatuendum fore videatur, nam adſtringens eſt inſigne, unde internè, & externè exhibitum, quemvis fluxum in corpore coërcet, ac ſiſtit. Hinc in hæmorrhagiis, diſſenteria, diarrhæa, nimio menſium fluxu &c. aliquibus in uſum venit, & tanquam egregium remedium recommendatur, fluorem pariter album mulierum compeſcit.

§. 22. Propter vim ſimul adſtringentem, ac ſpiritus concentrantem partes corroborat, flaccidas refirmat, unde in ſophiſticatione virginum balnea aluminoſa ſuadentur, quæ & fœminis poſt partum in adſtrictione partium muliebrium optimè conferunt.

§. 23. Præterèa tumores pedum ædematoſos roborando diſcutit, ac fœtorem pedum à ſudore ſcorbutico procedentem arcet; ulcera putrida emendat, & conſolidat, humiditates exſiccat, ſarcoſin tollit, non tantùm igne exuſtum, ſed aquas etiam thermales ingrediens, quod experientiâ edoctus ſum, pruritum, & ſcabiem ſanat.

§. 24. *Sulphur* eſt concretum minerale pingue, & phlogiſton ex bitumine, ſeu pinguedine terræ acidô univerſali ſolutâ in viſceribus terræ progenitum, quam ſulphuris ſyncriſin confirmat experimentum, quô ex acido vitrioli, & oleo terebinthinæ deſtillando per retortam in collo ſublimatum perfectum ſulphur accipitur.

§. 25. Hujus itidem variæ ſunt differentiæ, nobis verò prætermiſſis aliis, de ſulphure communi & metallico quædam dicere ſufficiat, de illo quidem in definitione dictum, de hoc verò hæc pauca notanda, quòd videlicét à philoſophis præſertim Rogero, Bacone, & Bechero triplex ſtatuatur, vaporoſum, combuſtibile, & incombuſtibile, ſive fixum, & hœc non contemnendum medicinæ præſtant ſubſidium, ſunt enim anodyna, ſeu blanda hyptnotica, & ſingulare quid in illis latet, cujus frequens experientia mihi teſtis eſt.

§. 26. Prætereà utriusque virtutes medicas mirificè extollit ſolers medicorum obſervatio, primis quidem qualitatibus calidum eſt, & ſiccum naturæ balſamicæ diſcutit, reſolvit, & celeriter concoquit, aciditatem, & acrimoniam humorum pinguedine ſuâ cicurat, aciditate verò bilem, ſeu ſalem volatilem oleoſum in maſſa ſanguinea luxuriantem refrænat, obtundit, & cum eo abit in concretum, ſalſum diureticum, ſaponatum, & abſterſivum, ut ambo tandem per ductus excretiores eliminentur.

§. 27. Podagricis præſertìm nitro conjunctum ſulphur optimè conducit, in affectibus cutaneis, ſcabie, lepra, lichenibus, ulceribus putridis, malignis, & cacoëthicis, aliisque difficulter ſanabilibus, præcipuè ſi acidum ejus alcalinis corrigatur quemadmodùm fit in thermis noſtris quàm optimè convenit, nec timen-

timendum, ùt quorundam inanis metus eſt, hepati calido nocumentum, docet equidem Poterius in pharm. ſpagyric. ſect. 1. pag. 324. ſulphur non obſtante calidô ejusdem temperamentô refrigerare hepar, videlicèt in aqua ſimplici coctum, idque omninò ratione ſuæ partis acidæ, eodem modô externè applicatum ſanare ſolet eryſipelata, tolleréque ruborem faciei.

§. 28. In herpete ſerpiginibus etiam ulceratis alcalino, & oleoginio ſubjecto copulatum, optimô ſucceſſu venit in uſum, qua de cauſa in ſimilibus caſibus noſtræ thermæ utramque abſolvunt paginam, ut impoſterùm docebimus.

§. 29. *Bitumen* eſt veluti terræ adeps, utpotè, quòd facillimè ignem concipiat, ſub cujus genere varia quidem comprehenduntur ſubjecta, nos quatuor tantùm, quæ non nisì conſiſtentiâ differre dicit Ettmüller, aſſumamus: ſunt autem naphta, petroleum, oleum terræ, & aſphaltum, ſi námque bitumen erit ſubtilius, dicitur naphta, quam Becherus in phyſ. ſubterr. pag 519. in Perſia circà Babylon repertam tantæ eſſe cum ignibus neceſſitudinis aſſerit, ut tranſiliant in eam undecunque viſam. Tenacioris, ſeu craſſioris conſiſtentiæ ſi fuerit, pro petroleo venditatur, & ſic craſſitiem augendo reſultat oleum terræ, craſſamentum autem horum aſphaltus eſt; bitumen inſtàr picis nigræ.

§. 30. Facultates hujus concreti mineralis bituminoſi ſunt calefacere, & ſiccare, diſcutere, glutinare, emollire, ab inflammatione tueri, corruptionem & putredinem arcere, de quo legitur in dem Hiſtoriſchen Wunder-Baum n. 65. pag. 181. Joannem Nasdium varia cadavera, ſive mumias, ut in cogitationem condimentorum, quibus incorrupta perſtiterunt, devenerit, diffrir gi curâſſe, invenítque cadavera Ægyptorum nullo alio aromate condita eſſe, ut incorruptibilia redderentur, quàm aſphaltô; additque ſe id ex odore percepiſſe, ac in ipſis conditorum corporum oculis & capillis adhæreſcens obſervâſſe.

§. 31. Pellit quoque menſes, affectibus nervoſarum partium præſertim doloroſis, ac ſpasmodicis egregiè conducit. In affectibus nervorum frigidis paralyticis &c., artritide vaga ſcorbu-

tica relaxatione tendinum, & ligamentorum circà articulos optimo cum ſucceſſu adhibetur, firmat ejus ligamenta, & lympham partes inundantem, aliòsque humores reſolvit, diſcutit, & exſiccat.

§. 32. *Lapis calcareus* eſt ſaxum ſulphureum, quod calcinando in igne reverberii in calcem vivam exuritur, conſumptâ ſcilicèt ſulphuris pinguedine, acidô interim partem ſulphuris viteſcentem arripiente, eámque abſumente ſinè reactionis indicio; ſaliâ enim non agunt niſì reſoluta, poſtquàm autem aquâ ſimplici confunditur, lapis ita calcinatus in impetuoſam cum ſatìs notabili calore effervescentiam erumpit.

§. 33. Conſumptâ námque in igne parte ſulphuris pingui, ſeu glutine mixti cæteræ concreti partes conſtitutivæ ſcilicèt alcalinæ, & acidæ ſui juris factæ & deinde debitô menſtruô ſolutæ acri conflictu in ſe invicem ruunt, quod non fieret iutercedente parte ſulphuris pingui, unde & poſt calcinationem affusô quodam liquore ſulphureô pingui, v. g. ſpiritu vini, vel oleo terebintinæ nulla planè advertitur effervescentia, puta ab affuſione aquæ, ſi nimirùm ſpiritus vini eſt bene rectificatus, & à phlegmate depuratus.

§. 34. Excludunt plerìque ex foro medico lapidem calcareum ignem nondum expertum ob ſalia ipſius activa tunc nimirùm implicata, ſed notandum duplicem mixtorum dari diſſolutionem ad mentem Franciſci de le Boë Sylvii in diſp. medicis pag. 3. §. 12. unam quidem violentam, & ſubitò cum notabili partium diſſipatione contingentem ab igne, combuſtionem dictam, alteram verò blandam, & lentè citrâ notabilem partium jacturam contingentem per aquam, fermentationem, vel putrefactionem vocatam, idque reſpectu duplicis vinculi, ſalis, ſcilicèt, & olei, illud quidem aqua, hoc verò ignis deſtruit.

§. 35. Secundam corporum diſſolutionem duntaxat fermentationem, aut potiùs effervescentiam in thermis noſtris contingere ex cap. 2. & 4. eluceſcit, unde quid vetat? quò minùs partes lapidìs calcarei conſtitutivæ diſſoluto per aquam menſtruatam vinculo ſui juris fieri, idque citrà jacturam unius & alterius, unde nobi-

nobiliorem longe eſſe hanc naturalem calcinationem, quàm illam per ignem violentam, utpotè nobilem ſulphuream ſeu pinguem lapidis illius ſubſtantiam omninò deſtruentem facilè concipimus: ſulphur etenim lapidis calcarei, cùm Ettmüllerus id ex œdipo chymico Becheri pag. 67. addiſcere tantoperè optaverit, quantæ utilitatis ſit, in uſu medico conjicere poſſumus, ſi námque mixtura ex calce viva, & ſulphure communi in pruritu, ſerpigine, ſcabie, maculis, & puſtulis à ſcabie relictis tantam meretur laudem, quantò præſtantius erit remedium proprio adhuc activo tamen, & reſoluto ſulphuri, utpotè communi multis paraſanguis excellentiori, conjunctum.

§. 36. Chyrurgi ex calce viva parant aquam, quàm pretioſam, & benedictam vocant: quò magìs aquæ minerales pretioſum hoc concretum reſeratis ejus theſauris ricipientes hôc titulô condecorari queant, experientiâ námque conſtat ulcera etiam venerea, antiqua, maligna, diſepalotica, & cacoëthea has aquas mirificè ſanare.

§. 37. *Calx terreâ* ſuâ ſubſtantiâ quælibet acida corroſiva tanquam fermentum ulcerum alimentitios humores in purulentam materiam corrumpens, ac cuniculos agens potentiſſimè corrigit, abſorbet, & deſtruit, inflammationes, doloréſque præſertim ſulphuri ſuo junctum prohibet, & lenit, accedente verò aciditate propriâ ſtipticum evadit balſamicum, unde conſolidationem, & cicatrizationem quàm optimè promovet.

§. 38. Deinde *calx viva* in aqua ſoluta lancinanti crurum dolori medetur, quò magìs id in aquis mineralibus partìm propter mixturam, partìm ratione ſui ſulphuris anodyni jacturam nondum paſſi, optatum accedentibus præcipuè ſulphureis, aut pinguibus ſucceſſum habebit.

§. 39. Baſilius Valentinus parat ſpiritum ex calce viva, quem in affectibus calculoſis, & podagricis mirum in modum extollit: ſimilem ſpiritum thermis noſtris ipſa paravit natura, unde ejulantium podagricorum cruciatibus, calculíque torturæ bonô jure & methodô adhibitæ, optatô levamine ſuccurrunt, ſi verò

 ex

ex copulatione corporis ſui terrei nonnihil ſtipticam induit naturam, partes & meatus urinarios corroborat, ac diabetem curat, accedente verò ſulphure tenacitatem humorum, ſanguinis aut lymphæ circulationem impedientem attenuat, reſolvit, incidítque, ac diſcutit, fibráſque muſculorum vi ſuâ quasì aluminosâ conſolidat.

§. 40. Aqua calcis vivæ cum ſulphureis, aut ſalinis ſubjectis tam internè, quàm externè adhibita quamlibet acrimoniam ſalſam humorum corrigit, ſic ſentiente Sylviô lib. 1. praxeos cap. 6. §. 14. Loſiô in obſervat. & Wedeliô in pharmacopœa pag. 150. hoc idem meliori cum ſucceſſu noſtra thermarum mixtura feliciſſimè præſtat.

§. 31. *Lapis calaminaris*, aliàs etiam catmia foſſilis dicitur, eſt concretum ſaturnino-venereum ex plumbo nimirùm & cupro compoſitum, éſtque quasì ſubſtantiæ mediæ inter lapides, & terras, duplicémque agnoſcit ortum, artificialem, & naturalem, illum quidem in uſtrinis ærareis, alterum verò in fodinis cupreis. Ingreſſum autem veneris & ſaturni in hoc compoſito confirmat ſolutio ejusdem in aceto, quod inſtàr ſacchari ſaturni dulceſcit, virtutíſque ſit vomitoriæ, quam veneri tribuunt.

§. 42. Hoc concretum propter ſitibundum ſuum vacuum alcalinum quæcunque acida corroſiva ulcerum cicurat, & abſorbet, ac deinde acidis ſaturatum & vim quasì adſtrictoriam nactum poros partium ſtringit, fibras roborat, & affluxum prohibet, ut cita ſubſequatur conſolidatio vulnerum, & ulcerum.

§. 43. Præterea facultates ſpirituum mineralium ad mentem Glauberi concentrando intendit, & augmentat, unde licèt aliàs nullius eſſet in medicina utilitatis, vel ex unica hac cauſa in aquis medicatis exoptandus foret.

§. 44. *Aurum* corpus metallicum omnium metallorum perfectiſſimum ex puriſſimo & fixiſſimo mercurio, & ſulphure in terræ viſceribus longâ decoctione generatur, cujus uſum in medicina olim planè incognitum primi invenêre Arabes, qui id ſuis compoſitionibus limatum, aut foliatum addere cœperunt, ad

quo-

quorum methodum etiamnum in pharmacopœis exſtant compoſitiones, ut eſt confectio cardiaca, aurea, Alexandrina, diathameron Nicolai, electuarium in gemmis, lætificans Galeni &c., quæ ut aurum ruditer præparatum, compage ejusdem ſolidiſſima adhuc infractâ recipiant, attamen elegantes edunt effectus, quod confirmat illud Zwelferi in montiſſ. ſpagyrica parte 1. cap. 1. pag. 317. de pulphere quodam, aurum in pulverem ſeu minuta ramenta redactum recipiente, â D.D. Antonio de Pozis compoſito, quem in deploratis morbis præclara dediſſe ſpecimina refert.

§. 45. Ubi advertendum, cùm auri corpus adhuc integrum & compactum, ſed ruditer tantùm cominutum tantos in medicina præſtet effectus, quid non præſtabit prægreſſâ centrali reſolutione? ità ut ſulphur ejus pretioſum, quod unicum pro genuina auri potabilis compoſitione in alchymia deſideratur, extravertatur ſive naturæ, aut artis operâ, quod prius liberali quâdam naturæ benevolentiâ noſtris accidit thermis,. unde Deo ſummas agamus gratias; dignum & juſtum eſt.

§. 46. Quanta hujus aureo-ſulphureæ panaceæ in percurandis morbis, & roborando corpore ſit utilitas, totus, quà latè patet, clamitat mundus chymicus, ſulphur nimirùm illud pretioſum analepticum eſt inſigne, ſpirituúmque vitalium refectivum, acrimoniam quamlibet corrigit, dolores demulcet; ſanguinem mundificat, circulationem humorum promovet, animúmque exhilarat.

§. 47. *Ochra* eſt terra flava venereæ, & martialis naturæ â pyrite nata, & ferè eſt vitriolum immaturum, & inter atramentoſa recenſetur, ſi de corpore ferri aut cupri participat, minùs autem iis abſentibus, aut parvâ ſaltèm quantitate accedentibus. Hôc mediante, & nitrô aquæ lapideſcunt, ut probat Liſterus de fontibùs medicatis Angliæ cap. 3. pag. 136.

§. 48. Uſus ejus in medicina eſt adſtrictorius, & vulnerarius, volunt nonnulli eam provocare urinam, ego autem exiſtimo eam propter copioſum ſulphur, ſive martiale ſit, ſive venereum corpori ſuo terreo conjunctum, dolores lenire, ſtimulare

men-

menſes, eósque compeſcere pro varia eorum habitudine, reſerare meatus, & hypocontriacis magnum afferre levamen, utpotè quod acidulæ, ochram in copia ſæpè recipientes, pariter præſtant.

§. 49. *Spiritus eſurinus ſulphuris embricnati*, ſive acidum univerſale, quid ſit? in ſuperioribus paſsìm ad nauſeam relatum eſt, unde hìc tantùm de ejus virtutibus medicis, id eſt medicamentoſis qualitatibus, quæ hìc maximè deſiderantur, pauca adjiciam, tribuunt autem aliqui quò ad primas qualitatet huic ſali vim calefactivam. Helmontius in paradoxis de ſpadanis ait hoc ens centrale diſſolvere mucilagines, abſtergere, conſumere, foráſque amandare, hinc viſceribus, ſtomacho, inteſtinis, meſenterio &c., mucore obſidis opitulatur, hepatis lineis, & regnum obſtructiones aperit, & inde obortis febribus, hydropi, morbo regio, & ſimilibus egregiè confert, hac ratione etiam in deficientibus menſtruis mulierum, difficili anhelitu & affectibus paraliticis laudatur, præcipuè verò uſu interno.

# CAPUT XIV.

## De Mineralium Thermas noſtras ingredientium mixtura, & combinatione.

§. I.

ANtequàm ad ipſarum thermarum virtutes exponendas deſcendamus, de mineralium in iis mixtura, & combinatione hôc capite quædam dicere ſuſcipiam, cùm enim in mixtura plurium rerum ex congruò, vel incongruò earum concurſu vires quandóque intendantur, & augmententur, aliquando verò deteriorentur, aut planè invertantur, de mixturæ hujus ſubterraneæ modo, qualitate, indole, & præſtantia quædam præliminariter eſſe dicenda non inconſultum fore exiſtimabam.

§. 2. Multùm ſanè refert, ut medicus rerum naturalium, viriúmque earum gnarus debitâ quadam proportione concinnare

nove-

noverit mixturas, nè unum deſtruat alterum, aut præter medici intentionem variatâ, aut omninò deſtructâ ſimplicium ſymetriâ, emergat tertium nullius, aut alienæ à præfixo termino virtutis.

§. 3. Unde diligenter invigilandum, ut aut virtus unius per additionem alterius intendatur, & augmentetur, aut virulentia, vel exceſſiva ejusdem qualitas corrigatur, & temperetur, vel ex præmeditata, & ad certos fines directa ſimplicium mixtura juxtà ſpecialem medici intentionem tertia quædam, à ſimplicibus ſeorſìm acceptis aliena, reſultet virtus.

§. 4. Dubium itáque jure oriri poſſet, utrùm tot mineralium ſpecies in noſtris thermis ità ſibi invicem correſpondeant, nè vires earum præcedenti cap. aſſignatæ, aut deſtruantur, diminuantur, aut tertium quoddam enixum, & inutile, vel alienæ, â ſuppoſitô, virtutis ex earum mixtura emergat medicamentum.

§. 5. Hoc dubium ut enodetur, de mineralium amicitia, & incompatibilitate, ùt & tertio ex mixtura eorum prodeunte nunc diſcurramus, oportet, ubi ne cramben toties recoctam repetamus, ex ſuperioribus ſupponimus alcalina & acida tantâ incompatibilitate, quod alii in amicitiam refundunt, ſe invicem averſari, ut quotieſcunque debitô modô ſoluta concurrunt motu, pugnæ quasì ſpeciem exhibente in ſeſe ruentes collìdant, & tamdiu confligant, uſque dum tandem fractis utriusque viribus, in tertium ſalſum coälescant, plerúmque virtutis diureticæ, cujus ſaltèm electivè neutrum ſeorsìm ſumptum fuerat.

§. 6. Nunc cùm acidum ſulphuris unâ cum corporibus alcalinis noſtros ingrediatur fontes, ſupereſt, ut ſalſum tertium ex conjunctione eorum emergat, quod alius utique eſt indolis, quàm acidum & alcali ſeorsìm ſumpta.

§. 7. Notandum tamen, cùm in noſtris aquis magna ſit alcalinorum corporum copia, ea aut ab acido non undequaque ſaturari, ac ideò alcalinorum jure etiamnum gaudere, vel verò aquæ copia particulas minerales in tantum divelli, ut vix ſe invicem tam propè contingant, quin interpoſitis ubique aquis à congreſſu arceantur, ſicque utrumque infractis viribus in mixtura

triumphet. Quod etiam de cæteris intelligendum, ſic licèt, ſpiritus vitrioli, & ſal tartari ſolutum, ſibi relicta in confuſione acriter effervescant, magnâ tamen aquæ quantitate excepta vix levia reactionis ſigna exhibent, nisì quòd bullulæ ad inſtàr ſpiritûs generoſi quædam ex fundo eleventur, interim aqua ſaporis ferè eſt nullius, ſeu inſipida, in receſſu tamen nonnihil nauſeoſa tranſparens redditur ſéque lympidior.

§. 8. Quòdſi verò ſalia iſta per accidens in aquis noſtris congredi, & uniri contigerit, ſalſum tertium emergere non inficior, perinde tamen cæterorum vires illæſæ perſiſtunt, ſuarúmque virtutum characteriſmum inextinctum conſervant, vel ſi & aliæ mineralium partìculæ has ſubeunt viciſſitudines virtutes aquarum *augentur, & multiplicantur.*

§. 9. *Augentur*, nam ſal ſalſum lapidi calcareo mixtum conciliat ei penetrantiam, & de ſtatu fixitatis reducit eum ad ſtatum quasì medium inter fixum & volatilem; quemadmodùm enim ſpiritus vitrioli omnia volatilia figit, ita ſpiritus ſalis omnia volatiliſat, ùt videre eſt in vitriolo martis mediante ſpiritu ſalis præparato, qui in aëre adinſtàr ſalis tartari liqueſcit, unde conjuncta iſta duo præſens evadunt antinephriticum, diſſolutivum, & aperitivum, in calculo, dolore nephritico, tumore pedum œdematoſa, obſtructione, & difficultatibus urinæ expertum, & hæc quidem magìs in acceſſu nitri, utpotè cujus acidum volatile in diſſolutione ab acido crudiore coägulatorum cæteris palmam præripere à neötericis cenſetur.

§. 10. His ſi copuletur ſulphur mineralium, metallorumvè anodynum omnibus, ni fallor, indicationibus ſatisfaciet, utpotè quô dolores demulcentur, viæ laxantur, coägulativa diſſolvuntur & per ductus excretoreos eliminantur, inſuper podagricis, allisque articulorum doloribus infeſtatis optatum affert levamen.

§. 11. Hinc ſi aluminoſum adjicitur nonnihil adſtrictivam nactum virtutem partium fibras ſtringendo, & corroborando, & ſpiritus efferos (frænum námque dicitur ſpirituum volatilium, & fugitivorum) quasì, concentrando partibus robur addit, & fluxiones

xiones cohibet, præterea hoc præſtat beneficium, quòd impediat, nè humores, & ſpiritus per poros calore thermarum apertos cum virium jactura nimiùm diſſipentur.

§. 12. Econtrà calor actualis meatus cutaneos rare faciendo, & deopilando particulis medicatis viam in corpus ſternit, quô largiùs ſanguini ac lymphæ communicentur, cùm iis ad partes interiores circulentur, & vitioſa quæque abſorbeant, corrigant, emendent, ac tandem refluæ per ſudorem, aut urinam ex corpore deturbent.

§. 13. Deinde *corpora alcalina* in noſtris thermis illud prohibent, quod cæteris pluribus accidere ſolet, nimirùm cutis excoriationem ab acrioribus ingredientibus minùs temperatis contingentem, & è contrà cuti colorem reddunt floridum, & maculas varias abſtergunt, unde nonnullis pro cosmetico inſerviunt ratione ſuæ temperaturæ, ſaponatæ, videlicèt ex pinguedine ſulphuris cum corporibus alcalinis juncta concinnatæ.

§. 14. *Multiplicantur*, nam ex conjunctione acidi, & alcali, ùt dictum eſt, emergit diureticum, cujus virtutis ante hac neutrum erat, ita etiam calx cum acido, & ſulphureo oleoſo mixta è veſtigio curare ſolet ambuſta, cum ſulphure verò communi contrà pruritum, ſerpigines, ſcabiem, egregium evadit remedium, quod ſe ſolo præſtare non poterat; alumen cum ſale communi optimè conjunctum ad atrophias, & ariduras poſt partium nervoſarum vulnera ortas laudatum exhibet medicamen, quod idem ſolum non poterat, ſic & bituminoſa cum ſulphure in medicinam balſamicam corpus ſulphuris intimè diſſolvendo coaleſcunt, quæ virtus antè conjunctionem eorum iis vix inerat.

§. 15. Plures ex varia mineralium combinatione ſurgentes effectus certè non contemnendi, in percurandis morbis paſsìm inveniuntur in libris practicis, & ego propriâ doctus experientiâ centena, ſi arcta operis pagella admitteret, adducere poſſem, quæ omnia laudabilem in thermis noſtris mineralium combinationem in aquis perdurat, precedenti capite ad nauſeam uſque decantatæ ſunt.

§. 16. Patet igitur nunc ex tam concinna mineralium mixtura, quam provida mater natura in viſceribus terræ concinnaverat, non in elegantes oriri debere virtutes, utpotè ubi aut unum alterum, amicabiliter cum virium augmento in ſui ſuſcipit ſocietatem, aut contraria ſibi invicem obvia cum virium multiplicatione tertium quoddam propriis donatum viribus conſtituunt, unum cæterorum qualitatem exceſſivam contemperat, fixa non nihil coërcent volatilia, econtrà volatilia nimirùm, à fixis ad ſtatum quasì medium reducuntur, ea verò, quæ ob aquæ diluentis copiam ſuas à natalibus receptas virtutes retinent, juxtà modulum ſuum in prælio contrà morbos triumphant, quibus omnibus accedit calor aquarum actualis, quô mediante via pro faciliori particularum medicatarum tranſitu, & penetrantia ad maſſam ſanguineam, ac diſſipatione noxiorum panditur, ità & quasì nihil in noſtris aquis deficere videatur, quod ad felicem morborum curationem ſuppetias ferre poſſet.

# CAPUT XV.

## Thermarum virtutes ſummatìm complectitur.

§. 1.

QUamvìs præcedentibus duobus capitibus fontium Budenſium in ipſa humana morbis infeſtata corpora vires ſatìs & abundè eluceſcant, nihilominùs cum tantum ſparsìm absque ordine, & præliminariter dicta, ac pro majori nunc dicendorum confirmatione, certitudine præmiſſa ſint, hôc capite omnia ordine, & ſummatìm complectar.

§. 2 Duplex medicamentorum, tum naturali, tum artificiali ſyncriſi concinnatorum finis eſt, videlicèt prophylacticus, ſeu præſervativus, & torrapeuticus, ſeu curativus. Prior quidem præfixam habet vel diſpoſitionem, aut potiùs inclinationem quandam ad hunc vel illum morbum ab ortu vel præpoſtera diœta

absque

abſque tamen actionem vitalium , & animalium magna & manifeſta lœſione contractam , idque vel ratione totius , aut aliquarum ſaltèm partium intemperiei , vel morbi jamjam ingruentis, quem Hypocrates 2dò. Aph. lib. laſſitudines ſpontaneas prænunciare docet , quibus accedit imbecillitas virium poſt morbum relicta. Alter verò morbos omninò in corpore exortos ; qui rursùs differunt ratione ſuorum ſubjectorum primorum , cauſarum , & partium corporis conſtitutivarum , quæ in triplici ſunt differentia , videlicèt , *continentia* , *contenta* , & *impetum facientia.*

§. 3. *Continentium* etymô veniunt omnes partes ſolidæ , caro , fibræ , venæ , cutis , parenchymata viſcerum &c. *Contentorum* omnes ſucci , & humores in corpore , lympha ſalivalis , ſtomachica fermentativa , pancreatica , urina , bilis , chylus , ſanguis , phlegma , ſeu mucus &c. qui partim ſunt utiles , partìm excrementitii , aut medii ; *Impetum facientium* ſpiritus vitalis , & animalis influus , & inſitus.

§. 4. Unde triplex morborum differentia , ſcilicèt , *ſpirituum* , ſeu ad mentem Helmontii , *archeales* , *humorales* , & *partium ſolidarum* , *ſeu organici ;* peccant autem ſpiritus in *quanto s quali* , & *motu.* In *quanto* , qnando deficiunt , dum non generantur , vel nimiùm diſſipantur. In *quali* , dum vitioſi redduntur , ac à naturali conſtitutione deflectunt in craſſitie , obſcuritate , puritate , & volatilitate. In *motu* , vel exceſſivo , diminuto , impedito , aut depravato.

§. 5. *Humores* in vitio ſunt pariter in *quanto* , *quali* , & *motu.* In *quanto* , quando deficiunt , unde pro ratione humoris varii ſurgunt affectus , ùt ex *lympha ſalivali* deficiente ſitis , & ariditas faucium , fermento ſtomachico appetitûs , & concoctionis læſiones *lympha pancreatica* & *bile* digeſtionis , & fœcum ſeparationis vitia , *lympha glandularum* circulationis incomoda &c. In *quali* , primis quidem qualitatibus , dum nimìs calidi , vel frigidi , unde variæ phlogoſes , rigores , ac fermentationum lœſiones , *ſecundis* , dum peregrinis imbuuntur ſaporibus acidis, amaris , inſipidis , acribus , &c. vel *viſciditatem* contrahunt , un-

 de

de obſtructiones vaſorum rupturæ, languores membrorum &c. vel nimìs *fluxiles* redduntur, unde variæ per vaſa irruptiones, fluxiones, & raptus &c. In *motu*, dum à *circulatione* ptæpediuntur, unde circulus eorum deficit, aut ſucci fermentativi minùs in loca debita ſeparantur, vel mota præpoſterô moventur, unde varia profluvia, & hæmorrhagiæ, fluxus alvi &c.

§. 6. *Continentia*, ſeu partes ſolidæ vitium contrahunt in *conformatione*, aut *continui ſolutione*, in illa quidem, dum vitiatum habent tonum, vel debitô modô non ſunt permeabiles, vel dum in ſuperficie vitiô quodam deturpatæ ſunt, in hac verò cum vulneribus, ulceribus, aut aliis cutaneis affectibus partes externas depaſcentibus infeſtantur.

§. 7. Prælibatâ itaque breviter, & genericè partium tam liquidarum & ſolicidarum, ipſorúmque ſpirituum de generatione ſtatu naturali, ac inde morborum in corpore geneſi & differentia poſteà in ſpece adducenda, nunc ad eorum remedia, in quantùm thermas noſtras ingrediuntur, ordine conſuetô deſcendimus ratione, & experientiâ muniti.

§. 8. Remedia itaque partium modò dictarum degenerationis, atque inde promanantium morborum ut breviter perſtringam, atque in ſynopſin poſteà deducendam colligam, taliter à natura ſint deſtinata, neceſsè eſt, ut intemperies partium ſummatìm, aut ſeorsìm ſumptarum præcipuè frigidas & humidas tam curativè, quàm præſervativè corrigant, & ad ſtatum naturalem à natura individuali requiſitum reducant, laſſitudines, & imbecillitates in ordine præ primis ad præſervationem aufferant, ſpirituum generationem promoveant, craſſos, & lentos attenuent, ſegnésque ad motum alacriores, nimìs fixos volatiles, & tenebroſos luminoſos reddant, motum pariter eorum efferum, & à ſtatu naturali exorbitantem refrænent, & in ordinem naturæ competentem redigant, humores deficientes juxta ſymetriæ exigentiam reſtituant, nimiâ verò quantitate luxuriantes reſolvant, & diſſipent, calore excedentes refrigerent, frigidos calefaciant, acidos edulcorent, abſorbeant, & præcipitent, acrimoniam eorum ſalinam

linam, & biloſam cicurent, & contemperent, ſuccos viſcidos, craſſos & tenaces incidant, attenuent, & motum iis conſuetum concilient, tenuitate & motu præpoſterô peccantes inviſcent, & incraſſent, fermentationes præter naturales compeſcant, obſtructiones, ſæpè ignorantiæ aſylum, reſerent, digeſtiones & ſeparationes promoveant, partes ſolidas roborent, atque conſolident. Nunc quid horum noſtris de jure naturali tribuendum ſit thermis? ſingillatim diſquiremus, idque juxtà dictamen rationis, & experientiæ, & ſunt ſequentia.

§. 9. *Intemperies partium ut & totius præſertim frigidas & humidas in ordine ad præſervationem corrigunt.* Partium intemperies plerùmque agnoſcit cauſam ſpiritum inſitum, vel atoniam partium, illud quidem vel ſimpliciter deficientem, vel non ſatìs vigoroſum, unde partium nutritio vitiatur, cruditates coäcervantnr, fibræ laxantur, ac inde viſcerum tandem & membrorum antipraxiæ, hanc autem poſt vulnera, contuſiones, magna ulcera, aut innatam quandam diſpoſitionem relictam, quibus nonnunquam ſpiritus influus ab influxu arcetur, unde pabulô quaſi ſpiritus inſiti deficiente, & ipſe marceſcit, ac ſucceſſivè avolat, unde ubi partes ſucci alimentitii reliquis non ſufficienter diſſipatis, varias quandoque præſertìm juxtà mutationes temporum, & phaſes lunæ alterationes præſentiſcunt; thermæ verò noſtræ utpotè partibus ſubtilibus ſpirituoſis & penetrantibus dotatæ *frigida calefaciunt, humores crudos, & viſcidos diſſolvunt, ac per poros abs ſe reſeratos diſcutiunt*, ſicque cauſam timendorum morborum antecedentem hoc in caſu detruncant, & à morbis præſervant, quod idem in temperamento totius frigido & humido obſervandum, præſervant itaque ab apoplexia, paralyſi, catarrhis[, debitô modô tamen adhibitæ, varijs defluxionibus ad oculos, pulmones, & membra, ſive articulos, hydrope, tumoribus ædematoſis, doloribus revmaticis, podagra ex cauſa frigida, & omnibus denique morbis à frigida, & humida temperie oriundis, ac ut paucis multa dicam totam purificant maſſam ſanguineam, ut omnis fomes morborum ſubtrahatur.

§. 10.

§. 10. *Laſſitudines , & imbecillitates virium auferunt* , quæ cùm vel morborum præcedant,vel à morbo prægreſſo relictæ ſint, duplicem agnoſcunt cauſam, non quidem re ipsâ, ſed modô; utraque etenim ſupponit ſpitituum defectum, niſi quòd in hoc deficiant ſimpliciter, in illa verò à particulis heterogeneis à regimine naturali non ampliùs ſubigibilibus, ad tantam tamen pravìtatem, & potentiam nondum deductis, ut omninò actiones animales, vel naturales manifeſtè lædant, ſed hinc inde in corpore fluctuent, aut quaſi ſopitæ in partibus delitefcant, ortum ducant; hinc utramque thermæ noſtræ abſolvunt paginam: illi nàmque medentur ſpirituoſa & balſamica, qualia thermas noſtras ingredi abundè ex dictis conſtat, huic verò mineralium diverſitas, quæ cauſis oppreſſorum ſpirituum obviam vadunt, & eas, quæ ut primùm aciditatem præternaturalem redolent, aut fermentorum vitia ſupponunt, abſorbent, edulcorant, emendant; ac per competentes meatus eliminant, ſicque ab inſtantibus morbis præſervant, viréſque reſtaurant.

§. 11. *Spirituaſcentiam promovent , ſpiritus puros , volatiles , & luminoſos reddunt* , quibus facultates animales & vitales confortantur, quorum vires medicum dextrè practicantem dextô quidem oculô, morbum verò ſyniſtrô in ægris reſpicere oportet, niſi enim vires ſuffecerint, omnis medicina effectu fruſtrabitur, hinc *ſerò* nonnunquam *medicina paratur , dum mala per longas invaluêre moras* : pendent autem vires à ſpirituum vigore, quantitate, puritate, tenuitate, & mobilitate, unde his conſervatis regeneratis, ac vitioſis qualitatibus exutis totum corpus vigoratur, quantum nunc hoc in caſu hæ thermæ præſtare queant, ex præcedenti §. patet, inde fit, quòd corpora cacochymica in iſtis aquis in principio valde debilitentur ob copiam particularum hæterogenarum, thermarum mineralium calore raptim motarum, ſpiritúsque opprimentium, progreſſu verò temporis correctis, & ex corpore eductis particulis vitioſis denuò indies roborentur.

§. 15. *Torpeſcentes, ſegnèsque ad motum provocant, alacrioréſque reddunt*; ſopiuntur quaſi ſpiritus, ac torpent ex inundatione cerebri à lympha plùs minùs acida vel viſcida, unde diminuuntur, aut planè ſiſtuntur eorum excurſiones, & influxus per nervos ad membra, quem revocant, & promovent remedia volatilia ſpirituoſa tam acida, quàm alcalina, ac ſudorifera, quorum participes cùm ſint thermæ præſentes, utiles erunt in nimia ſomnolentia, affectibus comatoſis, paralyſi, ſtupore, & paraplegia.

§. 13. *Nimiùm mobiles, & volatiles coërcent*, ſunt aliquando ſpiritus ità volatiles, & agiles, ut datâ quacunque causâ irritante v. g. humoribus acidis, & acribus aliavè occaſionali partes membranoſas, & nerveas vellicante in motus exorbitantes erumpant, partéſque in motus ſpasmodicos, & convulſivos adigunt, quibus ſuccurrimus per cauſæ ſtimulantis ablationem, & ſpirituum exorbitantium placationem, ſeu blandam quaſì eorum fixationem, quod optimè perficitur per alcalina, & ſulphurea anodyna, unde aquæ noſtræ minerales, utpotè particulis alcalinis, ſulphuribúsque anodynis turgidæ his indicationibus utrimque ſatisfaciunt; laudem itáque merentur in ſpasmo, colica convulſiva, vomitionibus, ac tenacibus alvi adſtrictionibus ab irritatione fibrarum inteſtinalium, & præſertim valvulæ ad inteſtinum cæcum ſitæ, aut muſculorum ſphyncterisni obortis.

§. 14. *Deficientes humores reſtitunt*; deficiunt humores, quando vel non generantur, vel opilatione meatuum ab influxu ad loca debita, & inde à munere ſuo præpediuntur. Sic *bilis* non generatur hepate inteperie frigida, aut tumoribus affecta, ab influxu ad inteſtinum duodenum, indéque à munere ſuo inibi ſubeundo, ſcilicèt digeſtione chyli ex ventriculo per pilorum ad inteſtinum dictum delapſi, fœcúmque ſeparatione opilatis ductibus coledochis impeditur, *lympha pancreatica* deficit ductô uno, vel pluribus pancreatis ad idem inteſtinum porrectis quacunque de cauſa obſtructis, *lympha ſalivalis*, *ſuccus ſtomachicus fermentativus*, & *lympha chyloſa* occluſis glandulis faucium, &

oris ſalivalibus ſtomachalibus, ac meſenterii, quantum autem in his omnibus thermæ noſtræ poſſint, ex infrà dicendis patebit, ubi de obſtructionibus, & alibi.

§. 15. *Nimiùm calidos refrigerant*, nimium calore, ſeu imtemperie calidâ affici dicuntur humores, quando particulis ſalinis & oleoſis volatilibus, ſeu bilioſis plùs juſto imprægnantur, ac exaltantur, unde motus maſſæ ſanguineæ tam inteſtinus, quam localis citatior accerſitur, & æſtus intenditur, cui optimè rememedemur blandè acidis, & nitroſis, quibus thermæ noſtræ beantur, unde compeſcunt varias phlagoſes, inflammationes, fermentationes, exorbitantes ardores, colicas bilioſas, & pleròsque bilis exſuperantis effectus, in quibus ſalina bilis textura abit in concretum, cum acidis quidem diureticum, oleoſis verò, & ſulphureis in abſterſivum, unde particulæ noxiæ per urinam deturbantur, viæque abſterguntur.

§. 16. *Frigidos calefaciunt:* peccant frigiditate humores, dum aceſcunt, aut aquea, ſeu lymphaticâ inundatione plùs minùs viſcida ſalia volatilia oleoſa, cæteráſque particulas activas nimiùm dilluunt, quod veteres ſub etymo melancholiæ, atræ bilis pituitæ, & ſeri complectebantur, hi námque aciditate ſuâ plùs minùs auſterâ vitriolico aluminosâ, & aquoſitate luxuriantes ſalia volatilia oleoſa, ſeu bilem ſupprimendo, ſpiritúſque quaſì figendo motum inteſtinum, ſeu fermentativum ſanguinis, ſpirituumque expanſionem impediendo frigus partibus inducunt, cui contrariantur, ac medentur alcalina tum volatilia, tum fixa, & ſulphurea oleoſa, ac vitioſa quævis acida abſorbendo, dulcificando, & involvendo, ſuperfluas aquoſitates tam per ſudorem, quàm urinam adducendo, perinde thermæ noſtræ in effectibus cauſam frigidam agnoſcentibus, ſeu ad mentem neutericorum ex lympha acida, vel copioſiore oriundis optatum ferunt auxilium, hinc bene conferunt in coägulationibus, & congrumeſcentiis humorum in epilepſia, ſuffocatione uterina, & hypochondriaca, doloribus articulorum tum fixis, tum vagis, ſcorbuticis, revmaticis, nephriticis, in contractura, ſeu pareſi, podagra, artritite, cruditate

te ventriculi acida, teneſmo, fame canina, pica, malo iſchyatico ab acido ſynoviam in acetabulis coagulante, in obſtructionibus alvi diuturnis, & viſcerum ab acido coagulante, ac denique in deſtillationibns catharrhalibus, epiphora, inflationibus hydropicis partium &c.

§. 17. *Tenaces & viſcidos incidunt, attenuant, & motum eorum progreſſivum promovent*, humor craſſus & tenax veteribus eſt pituita, quæ triplex ſtatuitur, ſcilicèt acida, inſipida, & ſalſa, de prima §. præcedente, de his verò in præſenti loquimur Generatur pituita inſipida deficiente acidate volatili fermenti ſtomachici, & bile, aut ejus acrimonia ſalina ob lœſum tonum tunicæ glanduloſæ, ventriculi & hepatis intemperiem frigidam quomodocunque obortam, ſalſa verò pituita chylum non bene digeſtum in inteſtino duodeno inſolidè fermentantibus; illam curamus per blandè acida & aromatica, ſeu ſalino-ſulphurea volatilia, hanc verò per quám optimè per vitioſos tumultus duumviratûs compeſcentia. Cùm ergò aquæ noſtræ tum acidis, tum ſalino-ſulphureis volatilibus, ac nitroſis utriusque domitoribus turgeant, proderunt in bradipepſia, ſeu tarda ciborum in ventriculo concoctione, flatulentia, alvo lubrica, debilitare celebri & memoriæ ex oppletione ejusdem ab humoribus pituitoſis, affectibus catarrhalibus, tuſſi, raucedine, ventriculo & pectori, ſeu pulmonibus phlegmate, ſeu pituitâ obrutis, tumoribus œdematoſis in tympanitide, aſtmate, ſterilitate uteri pituitâ obliti, aut quocunque modô refrigerati, hinc &

§. 18. *Motum præpoſterum invertunt, ac affluxus ſiſtunt.* Contingunt quandoque varia ſuccorum ex corpore efluvia, excretiones præter naturales, & hæmorrhagiæ, idque vel ob apertionem vaſorum, vel tonum partium laxatum, aliterve affecta ſecretionum organa, ac in furiam actis ſpiritibus, quibus auxiliamur adſtringentibus ac anodynis, ſpiritus furientes pacificantibus. Scimus autem alumen optimum aſſe adſtringens, ſulphur verò metallorum optimum anodynum, & utrumque thermas ingredi noſtras, unde cum optimo ſucceſſu adhibentur in variis hæmor-

rhagiis, hæmorrhoidum, mictu ſanguìneo, fluxu menſtrui nimio, fluore albo mulierum, diebete, gonorrhæa, ſudore pedum fœtido, & lachrymatione involuntaria, quibus omnibus juxtà proportionem cauſæ varietati mineralium opitulantur.

§. 19. *Obſtructiones reſerant.* Volunt nonnulli obſtructiones ignorantiæ eſſe aſylum, quod in vaſis majoribus conceſſero, in minoribus verò, & capillaribus, glandulíſque variis non poſſe fieri obſtructiones, omnimodè nego, licèt enim quædam eorum oppitulatæ ſint, ità, ut trajectio humorum in iis impediatur, humores affluentes aliò viam ſibi quærunt per meatus ſcilicèt adhuc patentes, licèt id non ſinè incommodo partis, aut aliquando etiam totius, quibus opem ferimus blandè acidis volatilibus penetrantibus, ac incidentibus, partéſque laxatas roborantibus; hoc verò quàm optimè præſtant ſpiritus ſulphuris, & ſalis nitri acidi volatiles, & adſtringentia aluminoſa cum analepticis ſolaribus in thermis noſtris. Unde ſucurrunt omnibus obſtructionibus viſcerum, glandularum, & meatuum, ac inde natis morbis, nimirùm menſibus retentis, hydropi, retentioni urinæ, febribus intermittentibus &c. obſtructionibus glandularum meſenterii, ductôs pancreatici, atque fellei, aliorúmque infimi ventris meatuum.

§. 20. *Tonum partium ſolidarum naturalem conciliant*, vitiantur partes in tono ſuo, dum vel nimis laxantur, vel nimis ſtringuntur: laxantur affluxu lymphæ nimiô, & ſpirituum defectu, ſtringuntur propriæ texturæ vitiô, plerúmque à cauſa externa illatô, in utraque verò partis vitiatur nutritio, his ſubvenimus adſtringentibus, roborantibus, ſudoriferis, & diſſipantibus, ſuccumque nutritium corruptum corrigentibus, & propter ìntemperiem frigidam calefacientibus, quibus virtutibus prædita ſunt thermalia noſtra ingredientia, alumen, ſulphur, bitumen, calcinea, aliáque huc facientia; hinc proſunt in relaxatione tendinum, & ligamentorum, ùt & venarum in varicibus, anaſarca, membris refrigeratis, vel gelu læſis, paralyſi particulari, induratis tendinibus aut fibris muſculorum, & membris ſpasmo affectis.

§. 21.

§. 21. *Vitia ſuperficiei tollunt.* Vitia ſuperficiei ſunt varia: aſperitas, & maculæ, cutis, euchymoſes, furunculi, epinictides, eſſeræ, phlyctanæ, impetigines, lichenes, variíque tumores, quæ quidem ſeorſim ſumpta varias agnoſcuut cauſas, in hoc tamen ferè conveniunt, quòd quivis eorum affectuum, vel acrimoniam lymphæ ſalinam volatilem, vel fixam', aut impeditam tranſpirationem inſenſibilem, vel humorum coägulationem, aut ſucci nutritii corruptionem, præſupponat, quæ quomodo curentur, & quàm aquæ noſtræ mineralas in iis proficuæ ſint, ex hactenùs dictis abundè conſtat, ut ſupervacaneum fore videatur ea denuò repetere.

§. 22. *Solutiones continui conſolidant.* Ad actionum tam animalium, quàm vitalium, & naturalium inculpatum progreſſum requiritur partium ſolidarum integritas, & cohærentia, quæ ſi à cauſa interna vel externa violetur in partibus illis, munera debita ſubire nequit, eſt autem integritas & cohærentiæ divulſio vel violenta, vel ſenſim facta, violenta in vulneribus, ſenſim facta in ulceribus; vulnerum cauſæ tantùm non ſunt infinitæ, & ſemper ab extrinſeco inflictæ, ulcerum verò plerùmque cauſæ internæ ſunt acrimoniæ acido-ſalinæ nutrimentum partium depaſcentes, corrumpentes, ac tandem in putrilaginoſum pus vertentes, quod etiam ſæpè vulneribus neglectis, aut ſyniſtrô modô ab imperito Chyrurgo tractatis accidere ſolet. Huc referri poſſunt pleráque cutis vitia cum exulceratione, curantur hæc balſamicis ſulphureo-alcalinis & ſalinis plùs minùs terreis, præſertim calcibus & oleis mineralium, de quo videri poteſt Baſilius Valentinus in curru triumphali antimonii ſic & vapor detonatione antimonii & nitri arte concentratus in liquorem ſummè balſamicum, & vulnerarium condenſatur, quid mirum itáque, quòd tanta in ulceribus etiam inveteratis, & cacoëtæis erodentibus, ut & vulneribus feliciter curandis hactenùs præſtiterint, & plùs quidem, quàm dici queat.

§. 23. Videar forsàn diverſis in locis thermis noſtris contrarios aſſignâſſe effectus, & benè quidem, plures námque in foro medico medicinæ eædem planè, ſed diversô tempore, & jure, di-

verſôque reſpectu adhibitæ, ac aſſumptæ pro ratione cauſarum, ac peccantis materiæ, corporúmque diſpoſitione contrarios edunt effectus, quod vel in unico croco martis eodem planè modô præparatô obſervare poſſumus, qui fluxiones ſiſtit adſtringendo, adſtrictiones ſolvit aperiendo, ſic ſulphur ſalis philoſophici philoſophicè præparatum unum, idémque modò eſt catarticum, modò emeticum, nunc ſudorem pellit, mox urinam, æſtum ſanguinis reprimit, frigiditate oppreſſum calore ſuo blandô excitat, eſt námque calori nativo analogum, quæ omnia ſæpiùs expertus ſum, idque ratione cauſæ morbificæ, ac corporis diſpoſitionis diverſimodè ſe habentis, quò magìs id aquis noſtris, utpotè tam diversâ mineralium ſerie concinnatis diverſæ, imò planè contrariæ reſpectu diverſitatis mineralium competent virtutes, & eò quidem magìs, quò magìs ab alteratione ſuæ craſeos elongata ſunt, pororum aptitudini in partibus recipientibus aliquid concedendum, huic námque modò hoc, modò aliud ex mineralibus proportionatur.

# CAPUT XVI.

## De iis, quæ circà methodicum thermarum uſum externum obſervanda.

TRanavimus tandem thermarum aquas, ac intima quæque in iis perluſtravimus unâ cum earum indole, natura, & virtutibus; ſupereſt nunc, ut de vero methodico eorum uſu impoſterùm agamus.

§. 1. Quemadmodùm optima pharmaca ægris absque debitis cautelis adhibita tantùm abeſt, ut emolumento ſint, quàm potiùs ægrotantes in majora deducant diſcrimina, ità quoque, ſi ex ſalutaribus his aquis ſalutem piſcari deſideramus, ut de vera utendi methodo, antequam illas ingrediamur, inſtructi ſimus, oportet, priùsquàm autem cautelas ante, in, & poſt lavacrum obſervandas proponamus, de cauſis, & obſtaculis uſum thermarum

rum inhibentibus neceſſaria præmittere conſultum eſſe duxi, nè ſtantibus his ſimilibus impedimentis thermis in noſtris ſalutem piſcantes ipſi in mortis incidant hamum, aut ſpe ſaltèm convaleſcentiæ fruſtrari, conſumptis viribus, & pecuniis recedere cognatur, quærenda autem ſunt obſtacula in ipſis morbis, anni tempore, ætate, temperamento, habitu corporis, ſexu, diæta, & certa quorundam idioſyncraſia aquas minerales minùs ſufferente.

§. 2. *Ratione morborum*, ubi præprimis obſervandum eſt, utrùm morbus recens, & facilis curationis, vel inveteratus, & radices egerit, ſi nàmque morbus eſt valde protractus, deſtitutis jam pariter viribus, ægro vix bonus ſperandus effectus eſt, maturè enim, vigente adhuc naturâ & viribus, ad thermas accedendum eſt, aliàs invaleſcentibus malis, deſtructisque viribus vix ulla ſalutis ſpes in thermis eluceſcit, juxtà illud Ovidii:

Principiis obſta, ſerò medicina paratur,
Dum mala per longas invaluêre moras.

Deinde plurimi ſunt, qui affectibus bilioſis, melancholicis laborantes ex balneantium in thermis numero excludere volunt, illos quidem metu intenſionis cauſæ morbiferæ, hos exſiccantis, hujus ſententiæ ſunt Andernacus de balneis, Etſchenreüterus de thermis §. 1. cap. 4., Maſſaria lib. 1. praxeos cap. 21. ſed limitandam eſſe ſententiam arbitror; eſt quidem non eadem omnibus aquis mineralibus ſyncraſia, locum quidem id forsàn habere poſſet in thermis purè ſulphureis bituminoſis, ac ſalinis, verùm in noſtris utpotè optimam mineralium temperaturam nactis experientia, & ratio contrarium docent, plurimi námque ex affectibus bili, aut melancholia vulgò appropriatis in iis indies convaleſcunt, nihil planè inde detrimenti, aut intenſionis cauſæ morbiferæ perſentiſcentes; at hecticis, conſumptis, phtyſicis, ac viribus jam fractis fugiendum eſſe thermarum uſum, ùt & corporibus impuris facilè concesserim; interim tamen à thermapotatione non omninò arcemus. Abſtineant etiam à lavacro, quorum corpora fiſtulis profundioribus, & anguſti orificii pertuſa ſunt, cùm etenim thermæ noſtræ conſolidationem valdè promoveant, metuendum eſt,

nè

nè orificium occludatur reſtante fiſtulâ, unde pus inibi collectum aut cuniculos agit, aut in maſſam ſanguineam regurgitat, eam conſpurcat, ac inflammationes viſcerum induit, cujus rei exempla mihi plura ſunt nota, ſuaderem itáque locò lavacri penès thermopotationem injectiones aquæ mineralis per ſyringam moderatè tamen calidæ. De lue venerea oritur difficultas, cùm enim corpora hac lue infecta vel maximè impuritatibus ſcateant, meritò ab his aquis repellendi forent, attamen experientia optima rerum magiſtra nos docuit aquas iſtas in deſperatis etiam hujus mali caſibus ſuæ virtutis præclara dediſſe ſpecimina, ſed protractô valdè ad octo, vel decem hebdomatas curationis tempore: interim non ſuaderem ſinè prudentis cujuſdam medici conſilio cuilibet ſimili tentamine certè periculosô, temerariô auſu thermas accedere, licèt equidem tortura noctis perinde leniatur, verendum tamen eſt, nè ſubitò reſolutis gummatibus necdum ſatìs diſſipatis maſſam ſanguineam involent, ſpiritus ſupprimant, & ægrum in mortis periculum conjiciant, in malo verò leviori non omninò uſu interdicerem. In membris rigidis, aut peralyticis ex tendine aut nervo reſecto thermæ noſtræ ſunt inermes, ùt & aridura partium ex vulnere malè curato hic vix ſalutem inveniunt, quamvis exemplum in comite quodam ex tendine à malè feriatis chyrurgis ob vulnus ab hoſte receptum diſſecto, ac pede totaliter incurvato ac in thermis in integrum curato habeam.

§. 3. *Tempus anni* balneis accomodatiſſimum habetur vernale, & autumnale, neceſſitate verò urgente rigente etiam cœlô, & ardente ſyriô tutò adhiberi poſſunt thermæ noſtræ, dummodò tempore brumali balneantes à gelido præmuniantur aëre, & æſtivo inſeſſiones abbrevientur, illud quidem nè pori calore balnei apperti illicò occludantur, particulæque in procinctu eliminationis cum detrimento in ſanguinem repellantur, hoc verò, nè ſpiritus unâ cum viribus nimiùm diſſipentur.

§. 4. *Ætas*, cùm quintuplex ſtatuatur ſcilicèt: pueritia, quæ incipit à die nativitatis, & durat ad annum 15., pubertas, quæ à dicto anno 15. extenditur ad 18., Adleſçentia ab anno 18. ad 25. Juven-

Juventus ab anno 25. ad 35.: Virilitas ab anno 35. ad 49.: Senectus, quæ triplex ſtatuirur, prima quidem ab anno 50. ad 60. ſecunda à 60. ad 70. tertia verò à 70. ad fincm vitæ, quorum omnium ſufferendis thermis optimè proportionatur, adoleſcentia, Juventus, virilitas, prima & ſecunda ſenectus, quorum ultimæ duæ ob virium reſtaurationem, & particularum excrementitiarum diſſipationem, thermarum uſum familiarem habent, in pueritia verò pubertate, & ultima ſenectute conſtituti thermas minùs ferunt; illi ob teneram, & facilè ſolubilem corporis texturam, hi verò tanquàm decrepiti ob caloris nativiti imbecillitatem, & extremum virium omnium collapſum, quarum recuperationem in thermis ſperare non poſſumus, naturâ ſcilicet ipsâ labeſcente, & à coperatione ceſſante.

§. 5. *Ratione temperamenti*, quamvis thermæ noſtræ, utpote temperatæ, omni ferè complexioni conveniant, magìs tamen humidæ, quàm ſiccæ, frigidæ quàm calidæ conferunt, nullus tamen cujuscunque temperamenti ſit, propterea deterreatur, datur enim modus balneandi utrique proportionatus, humidi quidem & frigidi balneo diutiùs inſideant, ac poſt balneum ſtatìm ab egreſſu in lectum, ſudorem expectantes, ſe conferant, diætaque utantur exſiccante, & calefaciente, motuíque ſed blando ſæpiùs indulgeant; ſicci verò & calidi inſeſſiones abbrevient, aquæ thermalis calor ſit remiſſior, ità enim aliquæ thermæ accomodatæ ſunt, ut frigida & calida ad libitum balneantis per epiſtomium affabrè factum admitti queat; deinde nec nimiùm ad ſudorem ſe componant, thermíſque temperati caloris inſideant, ac diæta eorum ſit humectans & refrigerans, nimiámque vitent commotionem. Habitus verò corporis inter gracilem & craſſum balneum thermarum facillimè ſuffert, utpotè, qui horas thermarum uſui præſcriptas ſinè labore & moleſtia ferre poteſt, minùs verò graciles & obœſi, illi quidem ob volatilitatem humorum, & ſpirituum facilè diſſipabilium, hi verò ob caloris nativi imbecilitatem, niſi fortè priores victú pleniore, otiô, & ignaviâ refecti fuerint, qui thermas has meliùs, & diutiùs ferunt: nihilominùs plenè

nè ex thermis ablegandi non ſunt graciles & obœſi, hoc tamen ſuadeo, ut præſcriptâ priùs à medico ordinario methodô in thermas deſcendant.

§. 6. *Sexum fœmineum* virili magìs tollerare thermas, vulgata ſententia eſt, putarem tamen cæterorum gerere debere rationem, plurimi enim viri plurimis mulieribus faciliùs & diutiùs ferunt thermas, quòd autem thermæ fœminis ſæpiùs, quàm viris in uſum veniant, ratio eſt, quòd vitâ ſedentariâ excrementitii in iis cumulentur humores, particulæque ex nutritione reſiduæ minùs quàm in viris exercitiis corporis, & laboribus exercitatis diſſipentur, quas thermæ diſcutiunt, ac per varias excretionum vias præſertìm poros corporis quàm optimè eliminant.

§. 7. *Diæta*: balneantibus præſcripta cúm ad optatum thermarum fructum aſſequendum neceſſariò requiratur, ij, qui vitioſâ quadam conſuetudine cibis & potu, aliíſque illicitis exceſſibus luxuriare non deſinunt, thermis noſtris exulent, niſi præſens ſanitatis & vitæ diſpendium facere velint, incaſſum námque ægroto diætam non obſervanti medicam adhibemus opem, ubi tantum abeſt, ut relevetur, quin potiùs in deterius ruat.

§. 8. Certa prætereà quorumdam eſt *idioſyncraſia*, ut habitis etiam cæteris omnibus requiſitis aquas minerales ſufferre nequeant, aut ſaltèm ſemper pejùs exinde habeant, quos cùm medicus utpotè profunde latentes, quaſíque ſpiritibus impreſſos characteres prænôſſe non poſſit, ſtrenuè admoneo, ut ſimiles averſiones maturè medico inſinuentur, antequàm forsàn detrimentum patiantur ità diſpoſiti, quemadmodùm enim illi, quibus character averſionis quorundam ciborum iu utero matris ex inordinato matris appetitu impreſſus eſt ſinè noxa etiam inſcii, ſimiles cibos ſumere non valent, ità etiam character averſionis quorundam medicinalium à nativitate inſculptus ſimilia continuó nauſeat, licèt non animali, ſaltèm naturali averſione, vi verò applicatìs ſpirituum Helmontianus furos, ac præſens futuri morbi periculum emergit.

§. 9.

§. 9. Qui verò nihil horum præmonitorum perſentiſcunt, ſinè ſcrupulo thermas accedunt, ſpe futuræ ſanitatis freti, quibus ſequentes cautelas ante, in, & poſt balneum obſervandas præſcribimus.

§. 10. Conſideratis modò dictis præprimis obſervanda eſt ante ingreſſum quidem ad balneum invocatio auxilii divini, præparatio corporis, eavcuatio ſtomachi, exoneratio corporis, modus immergendi, tempus ingreſſus, ipſa balneatio, determinatio pergodi, modus balneandi, quæ in balneo vitanda, vel facienda ſint in, & poſt egreſſum, obſerventur vires ægri thermas facilè, vel difficulter ferentis, præmunitio corporis, & regimen uſque ad paſtum, deinde quæ in progreſſu balneationis, ſeu totius curæ attendenda ſunt, ac tandem finitâ balneandi peridô gratiarum actio ad Deum non eſt negligenda.

§. 11. A Jove principium: cùm omnis benedictio medicinæ deſuper ſuum habeat ortum, ſinè ea verò irritus ſit omnis in medicina conatus, meritò *curas à Deo auſpicamur*, & eò quidem magìs in aquis mineralibus ſpontè naſcentibus, utpotè quae ſinè ullis expenſis, induſtria, & labore hominum ex frugifero terrae graemio Dei noſtrae miſeriae miſerentis juſſu viribus medicamentoſis atque colore debitô dotatæ propullulant; nullos itáqu thermas ingrediatur, niſi priùs *invocatô Auxiliô Divinô*.

§. 12. Deinde *corpus* ad recipiendas mineralium vires quàm optimè *diſponatur*, quæ diſpoſitio maximè conſiſtit in eductione humorum noxiorum in corpore fluctuantium, nè ſcilicèt per balneum commoti majora cauſent ſymptomata, invigilandum itáque eſt de catharetico quodam temperamento, viribus, ætati, & morbo competente, quo noxii per alvum deturbentur humores, poteſt autem talis purgatio ad arbitrium cujusque intelligentis medici, vel domi, vel in loco thermarum inſtitui, conſultiùs tamen fore putarem cathareticum unâ vel alterâ die ante ingreſſum ad thermas in loco thermis contermino aſſumere, nè denuò ante acceſſum longinquô itinere impuritates in corpore congerantur, & quod pluribus accidere ſolet, neglectâ præviâ diſpoſitione bal-

neantes magna incurrant diſcriminia cum virium & ſanitatis diſpendio, experientia námque docet tales periculoſis ſæpè infeſtari ſymptomatibus, aut planè fractis viribus neci occumbere, neceſſariò etiam nonnunquàm præmittenda eſt venæ ſectio, idque præſertim in plectoricis.

§. 13. Vitent balneantes jentacula, & repletionem ſtomachi ante ingreſſum ſive per potum, ſeu per cibum, ſed in balneum deſcendant concoctione, & digeſtione probè peractâ, nè digeſtio ciborum intercipiatur, ac cruditates generentur, ſicque thermarum operatio ſufflaminetur, aut pejora cauſentur ſymptomata; juſculum verò conceditur.

§. 14. *Exoneretùr etiam corpus*, ſi ità fert ratio, tam per alvum, quàm veſicam nè indurata ſcybila in inteſtinis per balneum reſoluta vaſa lactea ſubeant, viásque chyliferas, ac ipſam etiam ſanguinis maſſam impuritatibus inquinent, aut magno cum incommodo ex balneo redire coäcti horas præſcriptas ſupplere nequeant, aut corpora pervia libero exponant aëri, per urinam verò (quamvis aliquibus, præſertim iis, qui mejendi difficultatibus torquentur in ipſis thermis urinam mittere prohibendum nonſit, dum urina in his aquis facilè profluat) nè veſicam nimiùm diſtendat, aut calore thermarum evaporatis particulis aqueis, ſalinæ inſpiſſentur, ac ſubindè ardor urinæ concilietur, vel in ipſo balneo excernere neceſſitas urgeat, ac ità aquæ ſpurciciis dehoneſtentur.

§. 15. His omnibus debitô modô obſervatis ſpe ſanitatis animatus thermas ingrediatur matutinô quidem tempore Menſe Martii, Aprilis, Maij, ad dimidium Junii horâ 5, 6., vel ad ſummum 7ma., cæteris verò uſque ad Menſem Auguſtii incluſivè horâ 3. 4. 5. aut ad ſummum 6ta., deinde usque ad Decembrem excluſivè horâ 6. 7. vel ad ſummum 8va., Rigente tandem cœlô usque ad Februarium horâ 8. 9. vel ad ſummum mediâ 10ma.; poſt prandium verò, ùt dictum, cibis probè digeſtis, quod plerumque perficitur intra 3. 4. ad 5. ad ſummum 6. horas, certum autem cuivis in particulari aſſignare concoctionis tempus perdifficile, ſi

non

non impoſſibile eſt, variat enim ratione aſſumptorum, fermenti ſtomachici, toni ventriculi, vitæ generis- temporis anni animi pathematum &c. aſſumpta vel facilis, aut difficilis concoctionis ſunt, ſcilicèt eupepta, vel diſpepta, illa quidem ſunt de alcalinorum natura, quæ facilè fermentantur, hæc verò fumô indurata, & ſalita, aut minùs aſſueta: fermentum ſtomachicum dum eſt fortius, vel debilius, fixius vel ſpirituoſius, illud ſegniùs, hoc promptiùs digerit. quo pertinet etiam ætatis ratio, ventriculus vel eſt ſtrictus, vel laxus, pituitâ oppletus, vel cruditatibus vacuus, in illo citiùs, in hac verò tardiùs digeruntur cibi, & potus. Genus vitæ vel eſt ſedendarium, vel laborioſum, illud coctiones retardat, hoc verò promovet, tempus eſt nocturnum, vel diurnum, æſtivum, vel hyemale, vernale, aut authumnale, in quibus pariter variè ſe habet concoctionis complementum, animi pathemata ſunt: timor, mæror, triſtitia, ſolicitudines, aut his contraria: generoſitas, lætitia, hilaritas &c. hæ citò perficiendæ digeſtioni conferunt, illa verò nocent. Attendat itáque quivis propriam ſuam conſtitutionem, & medico ordinario conferat, & omnia debitô fiant modô.

§. 16. In ipſo ingreſſu, ſeu deſcenſu non illicò usque ad collùm immergendi balneantes, ſed gradatìm, primò videlicèt usque ad genua, ubi per unum, aut alterum Pater, & Ave quieſcant. ſecundò ad inguina, tertiò ad umbilicum, ac tandem usque ad collum, ſubitò námque immerſô toto corpore ſanguis raptìm moveri incipit, ſpiritus turbantur, ægrique omninò deficientes ad præfixum balneandi terminum deliquium fugientes, pertingere non valent, prætereà juxtà Hippocratem: *omnis repentina mutatio mala.*

§. 17. In balneo actuali vitandus motus violentus, & corporis jectigatio, vociferatio, clamores, cantus, ſed pacificè expectanda thermarum operatio, ſomnum tamen omnimodè fugiendo, unde commotio corporis pedatìm ac lenis, & jucunda confabulatio non improbatur, abſtinendum autem angue pejus à potu, & cibis, aut græcationibus, ac vel maximè à venere, tragici

gici námque inde expectandi eventus, quô forsàn collimare volebant veteres, dum Najadibus & Palladi, non verò veneri dicarunt thermas, interim tamen balneantes debilioris ventriculi, aut deliquiis obnoxii medicinas confortantes, cor & ventriculum roborantes morſulos, electuraria, rotulas, aliáque gratiora obſervatô moderamine, ſumere poſſunt, caput etiam vittâ, vel pileolô munitum ſit, nè ab appellentibus vaporibus lædatur; *totum corpus decenter tegatur veſtibus balneo dicatis.* Prætereà obſervetur debitus quidam ordo balneandi aſcendendo, & deſcendendo, hôc modô: illi, qui valetudinis, aut præſervationis gratiâ balneô utuntur, $1^{\text{mò.}}$ die præmiſſis præmittendis tempore matutinô unâ horâ inſideant thermis, à meridie verò horâ dimidiâ, alterâ die manè unâ horâ & dimidiâ, poſt prandium unâ horâ, tertiâ die duabus horis antè, unâ & dimidiâ poſt prandium, quartâ deſcendat ad numerum ſecundi, & quinâ tandem ad numerum primi; quibus autem diutiùs, quàm quinque dies balneare placuerit, in numero tertii per aliquot dies continuent, hinc modô dictâ reficere poſſunt, ut circulus lavandi quasì ſit actus in orbem. Qui verò morbo chronicô, ſeu diuturnò correpti in thermis curam perficere volunt, illi primis diebus tres horæ quadrantes inſumant, ut corpora ſucceſſivè ad recipienda mineratia diſponantur, ac balneo quasì aſſueſcant, quintâ aut ſextâ unam horam, $7^{\text{mâ.}}$, $8^{\text{vâ.}}$, & $9^{\text{nâ.}}$ quinque horæ quadrantes, $11^{\text{mâ.}}$, & $12^{\text{mâ.}}$ horam unam & dimidiam, $13^{\text{tiâ.}}$, $14^{\text{tâ.}}$, & $15^{\text{tâ.}}$, duas horas, hinc motu retrogradô deſcendant usque ad $27^{\text{mum.}}$, à quo usque ad $30^{\text{mum.}}$ primorum dierum numerum compleant, vel in tres decenas integram periodum diſtribuant, per binitates aſcendendo, & deſcendendo, ità ut primâ binitate maneant tres horæ quadrantes, $2^{\text{dâ.}}$ aſcendant ad unam horam, $3^{\text{tiâ.}}$ ad quinque horæ quadrantes, $4^{\text{tâ.}}$ ad unam horam & dimidiam, $5^{\text{tâ.}}$ ad duas horas, quibus perſiſtant usque ad diem vigeſimam incluſivè, $20^{\text{mâ.}}$ tandem binitate peractâ per cæteras 5. primis proportionaliter correſpondentes deſcendant usque ad $28^{\text{vum.}}$, ubi $1^{\text{mæ.}}$ binitatis numerum obſervent, quibus autem neceſſarium foret longiorem ſuſtinere periodum,

dum, illi per 6., 7., 8., proùt neceſſitas poſtulaverit, binitates aſcendant. Notandum tamen viribus balneantium aliquid concedendum, aliqui equidem thermas diutiùs ferunt, ità ut quidam tres, quatuor, & quinque horas indeſinenter in balneo durent, & nonnulli planè per integros dies, ità ut caſus exſtet, mulierculæ cujusdam pedibus pareſi affectæ ex pago ſenn, quæ per 4. dies, & noctes aſſiduò in thermis perſeveraverat, 5[tâ.] verò die reſtitutô membrorum motu Deo grates rependens domum reverſa eſt, alii è contrà vix unicam ſuſtinent horam, quibus in aſcenſu indulgendum eſt, attamen, ut integram periodum magis protrahant, ſaltèm in eòdem termino manentes, omnia itáque accuretè perpendenda tam in numero horarum, quàm in extenſione totius periodi conſiderando vires, complexionem & morbos. Hinc attendendum etiam ad ſigna convaleſcientiæ, quæ ſunt alacritas major actionum animalium, ſenſus alleviationis in partibus affectis tam internè, quàm externè, qui tamen non primis ſtatìm lotionibns percipitur, quodſi forſam contingeret, fidendum non eſt, licèt omninò malum non ſit ſignum, interìm, nullo modô terreantur ægri, ſi morbi in principio videntur augeri, aut deteriorari, illud námque ſæpè ſalutis futuræ prænuntium, & cauſam habet reſolutionem humorum peccantium, utpotè qui ſimul, & ſemel diſſipari nequeunt, hinc in ſanguine fluctuantes motum inteſtinum, ſeu fermentativum turbant, anxietates, variásque in partibus affectis alterationes cauſant; hinc ſi redit appetitus, ſomnus, tranquillitas animi, ac urina debitam nanciſcatur conſiſtentiam, hypoſtaſim, & colorem, & ægrotus tandem balneum ferè nauſeat, bonus thermarum effectus eluceſcit.

§. 18. In egreſſu obſervent balneantes, ut corpus aëri pervium âb ambiente, præmunitum habeant, ac detersô calidis linteis madore pelliceô, vel aliis ad munus habitis veſtimentis corpus probè tegant, ac ſudorem expectantes in lectum ſe componant, cavendo tamen â ſomno, multísque ſtragulis, nisì enim ſudor ſpontè erumpat, ad eum cogendi non ſunt ægri. Tandem elapsâ mediâ horâ, aut ad ſummum integrâ, veſtibus ſe induant, &

corpus

corpus, quantùm fert occaſio, usque ad paſtum leni quadam obambulatione, aut lætis, & honeſtis confabulationibus diſtrahant, quomodo autem regimen in cibis & potu inſtituere debeant, poſteà de diæta dicetur, â meridie verò usque ad tempus balneandi denuò lenis inſtituatur deambulatio, aut diſcurſu intertenenantur, aut aliis exercitiis non violentis tempus terant, procul tamen abſint curæ, ſolicitudines, exageratio animi, & cæteri motus violenti.

§. 19. Suaderem etiam in decurſu curæ ſingulis 7. vel 8. diebus interponi purgationem, ſeu laxativum, ut humores morbifici in balneo reſoluti, nec ſatis educti per alvum eliminentur, â quo tamen abſtinendum, ſi caſu, quod tamen rariſſimè contingit, adeſt cutis efflorelcentia, nè opus naturæ invertatur, ac noxiæ particulæ in peripheria hærentes ad centrum retrahantur, abſolutâ verò integrâ balneationis periodo neceſſarium fore duco, ut reliquiæ morborum omnimodè per competens laxativum educantur, ac tandem omnibus peractis, ſanitatéque reſtitutâ Deo ter optimo aquarum mineralium fundatori debitæ agendæ ſunt gratiæ.

# CAPUT XVII.

## De methodico thermarum uſu interno, ſeu de thermo-potatione.

### §. 1.

MOs erat quondam Italicus thermas bibere teſte Etſchenreiterô in ord. bal. pag. 132. nunc verò in Germaniam translatus, & â multis thermographis receptus plurimis in thermis locum invenerat, quales ſunt: *Carolinæ*, *Aquisgranenſes*, *Wisbadenſes*, *Viperinæ*, *Glacenſes &c.* utrùm verò & noſtræ Budenſes absque jactura ſanitatis, ſymptomatúmque irruptione ratione mineralium ſuorum ſcilicèt *ſulphuris*, *nitri*, *alumnis*, *mineræ*, *auri*, *bituminis*, *ſalis*, *gemmæ*, *ſeu communis*, *ſpiri-*

*ſpiritûs acidi*, *ochræ*, *& lapidis calcarii*, internè in uſum veniant, non immeritò in dubium vocari poſſet, ſiquidem Hipocrates aquas calidas, aut ubi ferrum naſcitur; aut æs, aut argentum, aut aurum, aut ſulphur, bitumen, alumen, nitrum, aut ſal, omnes eſſe duras, & æſtuoſas, difficultérque mingi, & ad alvi egeſtionem eſſe contrarias ſtatuit, verùm aquæ medicatæ methodicè uſu venieutes, & ad plures libras ingurgitatæ nisì corpori negotiũ faceſſent, ut per alvum aut urinam reddantur, neceſſe eſt.

§. 2. Quem offenſionis lapidem, ut removeamus, notandum eſt Hipocratem de aquis crudis, & fontanis quotidiè uſualibus hoc in paſſu locutum fuiſſe, quæ indiſcriminatìm absque lege & methodo etiam in cibis incoctæ adhiberi ſolent, ubi mirum non eſt, eas alvi & urinæ difficultatem inducere: mineralia námque hôc modô aſſumpta digeſtionem ventriculi turbant, cruditates generant, bilem & ſuum pancreaticum inertia reddunt, hinc alvi & urinæ ſegnities.

§. 3. Aquæ verò minerales debitis legibus & methodô hauſtæ multorum morborum medicinas ſuggerunt, & cum fructu bibuntur, quod pariter innuere volebat Hipocrates, dum illicò ſubjungit: *Sunt tamen aliquæ naturæ, & morbi, quibus tales aquæ in potu commodæ ſunt, cui ſententiæ Hipocraticæ concordant nonnullæ noſtri temporis, quales ſunt thermæ Aponenſes in Italia ex ſale, ſulphure, & alumine; aquæ domûs novæ ex alumine, ſale, & calce; aquæ S. Helenæ alumnoſæ, & nitroſæ; Borretanæ ex alumine, ſale, ſulphure, & nitro; Carolinæ ex lapide calcarco, marga alba, flava, & rubra, nitro, alumine, vitriolo, ochra ferruginoſa, & bitumine ſulphure; Viperinæ ex auro, ſulphure, ferro, ære, & nitro; Wisbadenſes ex ſulphure, alumine, & exiguo nitro; Aquisgranenſes ex ſulphure, ſale, & alumine; Glacenſes ex ſulphure, nitro, vitriolo, alumine, ſale alkali, calce, & oleo ſulphuris conſtantes;* quæ omnes, & ſingulæ cum magno ægrorum comodo bibuntur, cur itáque thermæ noſtræ Budenſes, utpotè iisdem mineralibus gaudentes uſui interno interdicendæ forent?

§. 4. Inanis etiam quorundam timor eſt, quo metuunt thermarum potationem calidam viſceribus introducere intemperiem, ſiquidem plurimas modò dictarum thermarum longè intenſioris caloris, quàm noſtras eſſe conſtat; attamen viſceribus nequaquam calore ſuo intemperiem inferre deprehenduntur.

§. 5. Nec idâ thermopotatione nos deterreat, quod vulgò de aqua calida epota circumfertur, eam ſcilicet provocare vomitus, & ſubverſionem ventriculi, diſtinguendum enim eſt, inter aquam calidam ſimplicem, & aquam calidam mineralem, quodſi verò aqua thermalis pota per ſuperiora reddatur, (quod ſæpè in picrocolis, aut aliàs ad vomendum proclivibus, vel ipsâ causâ morbificâ taliter diſpoſitâ contingit,) id cum magno emolumento patientis contingere videmus, ſic námque materia peccaminoſa in primis viis reſtagnans egregiè eradicatur, & virtute aquarum abſterſiva eluuntur, & abſterguntur viæ, impuritatibúsque exonerantur.

§. 6. Nec virtus calefactiva, ſeu caliditas thermarum potentialis corpora nimiùm excalefaciens harum thermarum uſum internum diſſuadet, utpotè nitroſis, cæterorúmque mineralium ſpiritibus acidis quàm optimè contemperata, cùm itaque nihil in thermis noſtris inveniatur, quod uſum earum internum prohiberet, ad potationis methodum, & alia, quæ in ea obſervanda, nunc accedimus, præſertìm experientiâ ſuffulti quotidianâ, quâ experimur thermas iſtas cum ſummo ægrorum emolumento indies potari.

§. 7. Diximus ſuperiùs antè ingreſſum thermarum varia eſſe obſervanda, quæ ex parte antè potationem conſideranda, & præmittenda ſunt, vel maximè verò eductis humorum noxiorum per purgationem, & ſi neceſſitas exegerit, venæ ſectionem, nè ſucci peregrini in ventriculo, & inteſtinis. vaſiſque meſſeraicis hærentes aquæ thermali reſoluti, cùm ea maſſam ſanguineam ſubeant, motum ejus inteſtinum & localem intercipiant, obſtructiones cauſent, & vires opprimant, vel neglectâ venæ ſectione præſer-

præſertim in pletoricis graves immineant, hæmorrhagiæ, & eruptiones ſanguinis, & fermentationes febriles.

§. 8. Conſideratis tandem conſiderandis, ac præmiſſis præmittendis matutinô tempore (ſemel enim de die inſtituenda potatio) non ſimnl & ſemel ingurgitando, ſed paulatim bibere incipiant hac methodô: primâ die ebibendus cyathus unus, vel ad ſummum unicæ 18. ſeu cyathus & dimidius, continet autem cyathus unicas 12. ſeu libram vulgò ein Seidtel; alterâ die cyathos 2.; tertiâ cyathos 3.; quartâ cyathos 4. & dimidium; quintâ deſcendat ad menſuram tertii; ſextâ ad menſuram ſecundi; ſeptimâ correſpondeat primæ.

§. 9. Si autem vires & natura majorem ferunt menſuram, aut locus affectus procul à primis diſtet viis, (quô caſu major ſumenda quantitas) & æger viſcera habet robuſta, primâ die bibat cyathos duos, ſecundâ tres; tertiâ 4.; quartâ 5.; quintâ 6. ſextâ 7.; ſeptimâ 8.; à qua deſcendat ad 14. usque ad menſuram primæ incluſivè; aut ſi diutiùs potare fert neceſſitas, perſiſtere oportet in ſummâ aquæ potandæ menſurâ usque ad 14. incluſivè, 15tâ. verò ùt aſcenderàt, deſcendere usque ad 21. incipiat, quem claudant cyathi duo.

§. 10. Suaderem autem, ſi ægritudo, & vires permittant, aquas ex ipſa hauriri ſcaturigine, ad majorem námque diſtantiam delatæ calorem unâ cum viribus amittunt, & gratiam non nihil perdunt, dulciùs enim ex ipſo fonte bibuntur aquæ.

§. 11. Sin verò imbecillioribus, aut graviori morbô detentis propinandæ forent, in vàſis teſtaceis, aut vitreis optimè clauſis ad patientis diverſorium deferantur, quas æger in lecto, aut ſedili tantum, quantum morbus, vires, cæteræque circumſtantiæ ferunt, quietus ebibat, cæteri verò, quorum morbus & vires motum concedunt, nec aëris inclementia diſſuadet, modicè commoveantur inter potandum, ut aquæ potæ faciliùs per alvum aut urinam reddantur: aut ſudor provocetur, non enim uniformis eſt aquarum iſtarum operatio, quosdam per ſudorem, quosdam per alvum, alios & vel maximè pet urinam expurgant,

aliquando enim ex cauſà ſupradicta per ſuperiora movent, ſed ſuaviter, & ſinè moleſtia.

§. 12. Quòdſi verò per nullam harum viarum (quod tamen primis diebus curandum non eſt, ſed auctiori doſi effectus expectandus,) reddantur aquæ, variáque ingruant ſymptomata, gravitas, & inflatio ſtomachi, ventris, & hypocondriorum, viriúmque lapſus, ſignum præbent, aut naturæ non ſufferentis, aut morbi improportionati, aut ſaburæ in primis viis ſtabulantis nondum ſufficienter eductæ, unde à potatione vel in totum, vel aliquantùm deſiſtendum, primæque viæ debitis medicamentis laxativis eluendæ, & impuritates abſtergendæ, ac educendae eſſent.

§. 13. Corpore tandem debitô modô praeparatô repetenda potatio, ubi ſi nihilominùs optata non correſpondeat evacuatio, potatio omninò abdicanda, aliíſque remediis æger relevandus, & aqua catharſi, & diureſi reſiſtens, catharcticis, aut diureticis ex corpore eliminanda.

§. 14. Contingit tamen nonnunquam aliàs omnibus ſe bene habentibus aquam in corpore ſubſiſtere, etiam in decurſu potationis, ubi clyſteribus ſolicitanda, poteſt tamen clyſter ex ipſa aqua thermali cum melle deſpumato, vel mercuriali ſaccharo, & ſale, alitervè concinnari, ſicque ſecundâ, & tertiâ die, niſi expectatus ſubſequatur imber, juvari poteſt, ſin verò diutiùs obſtinaciter evacuationi reſtiterit, à potu abſtinendum eſſe judico.

§. 15. Si verò poſt aliquot dies in ſucceſſu hauſtuum faſtidium aquae ſuperveniat, aut inflationes cauſentur, ventriculus aromaticis, aut nonnihil acidulis internè, externè verò unguentis, aut emplaſtris roborandus, de quo tamen vix ulli conqueruntur, qui thermas noſtras hucusque bibunt, ſed ſinè magna potionis moleſtia ſuis, quibus affliguntur, morbis liberantur, & ſpecialiter quidem morbis primarum viarum, ſcilicèt ventriculi, inteſtinorum, ac totius ventris inferioris, quos infractis etiamnum viribus eradicant, partibúsque robur addunt, hinc debitam partibus ſolidis, & fluidis ſymetriam, & temperiem conciliant, unde

de *in quibusvis ventriculi vitiis, ac indeſtinorum attonia, humorúmque diſcraſia* tanquam magnum audiunt medicamen.

§. 16. *Inde optato cum fructu in cruditate acida, & nidoroſa ventriculi, inappetentia, nauſea, & vomitu*, quosdam per annos & annos, præſertim hypocondriacos cruciante, colicâ humorali, & convulſivâ, obſtructione menſium, ac morbo virgineô, ſeu clorofi, ùt & pleriſque morbis uterinis, in utero, ſeu morbo regio, melancolia, Hypocondriaca, Hydrope, ac renum, & veſicæ vitiis, arena, ſeu nephrytide, calculo, diabete, incontinentia urinæ, dyſſuria, ſeu ardore, ſtranguria, ſeu ſtillicidio urinæ, & gonorrhæa; deinde artuum vitiis, podagra atridite, dolore Iſchiatico, contractura, ſeu pareſi, ac in maſſæ totius diſcraſia, cachexia, leucophlegmatia, ſeu inflatione totius corporis & anaſarcha, ùt affectibus capitis, vertigine, paralyſi, diuturno capitis dolore, humiditate cerebri, ac omnibus ferè ventris ſupremi ſcilicèt capitis, medii ſcilicèt pectoris, & inferioris, abdomine clauſi, affectibus à cauſa vulgò frigida provenientibus.

§. 17. Nè credas me hæc perſunctoriè tantùm locutum fuiſſe, pleráque enim experientiâ ipsâ edoctus ſum, non tamen perinde cuivis ſimili morbô laboranti ſinè diſcrimine temerariè perſuadenda thermarum potatio, ſed perpenſis omnibus perpendendis, nam non omnibus licet ire Bethſaidam, plurima enim dantur obſtacula, quæ ex hactenùs dictis non difficulter erui poterunt.

§. 18. Tandem cùm non omnibus æquè ſors una ſit, ac multis aurea, vel argentea deficiat crumena, ut totum curationis internè, & externè propter indies accreſcentes ſumptus complere queant, in gratiam illorum modum annectam, quô poſſint utiliter uno eodémque tempore curam thermarum internam, & externam ſimul perficere, qui ſit:

§. 19. Dum quidam talis per 3. aut 4. ſaltèm dies thermas quodammodò aſſueverit, 5tâ. tandem, aut 6tâ. antè egreſſum ex thermis antemeridialem hauriat lege præſcripta ex vaſe teſtaceo, vel vitreo aquam in ipſa ſcaturigine exceptam, quâ debitô mo-

modô epotâ, ac tempore balneationis abſolutô egrediatur balneum obſervatis regulis præcedenti capite præſcriptis, niſi quòd in lecto calido aliquantiſper tantum quieſcat vitatô ſudore, & ſomno, ac tandem veſtibus indutus paulatìm deambulet, aëris tamen inclementiam vitando, ut aqua hauſta per vias ſuperiùs monſtratas eò faliciùs ſecedat, hoc tamen notandum, nè ad ſummam aſcendant menſuram, ſed inter primam & ultimam hæreant, ſitque ſumma eorum doſis 3tius. aut 4tus. cyathus, quamvìs non omnibus eadem, ùt ex præcedentibus patet, præſcribenda ſit quantitas, ſed morbus, vires ægri, ætas, & natura cuivis competentem indicabunt menſuram, quod præſentis medici Judicio relinquendum, ùt & quamdiu balneum cum potatione continuandum? hoc tamen iſtis obſervandum, ùt à meridie tardiùs ingrediantur balneum, evacuatâ ſcilicèt aquâ.

§. 20. Solent aliqui in thermopotatione primo hauſtui ad facilitandam aquæ evacuationem præparata ex tartaro commiſcere, & præſertim tartarum diureticum in pharmacopæis hujus loci exſtantem, quem modum ſatis laudabilem eſſe cenſeo, ità namque virtutibus aquarum ſtimulus additur.

§. 21. Interim à multis pharmacis abſtinendum eſſe cenſeo, ſiquidem plurimi medicinas quas pharmacopæam olere dicunt, omninò averſantur, ubi tamen neceſſitas exegerit, indulgendum eſt ſaltèm delicatuiis, ut ſaltèm gratioribus medicemur, iìsque morbo appropriatis, quod idem balneantibus ſuadendum foret. Sunt tamen aliqui affectus ità rebelles, aut inveterati, vel circumſtantiis aliquibus ſtipati, ut medicam penès thermarum uſum omninò expoſtulent manum, ùt ùt pharmacopæam olentem, pro quorum exigentia medicus loci, ut ſit ſolicitus, ſatísque circumſpectus, oportet, prætereà ſunt nonnulli citiùs curam abſolvere ambientes, quorum deſiderium dextra medicamentorum pharmaceuticorum adminiſtratio finem optatum accelleret, neceſſe eſt, & hæ de thermarum univerſali ſufficiant uſu, nunc ad particularem deſcendimus.

CA-

# CAPUT XVIII.

## De Embrocha, ſeu Stillicidio laconico, injectione, & uſu luti nigri.

§. 1.

EO tandem ſolers medicorum induſtria ſanitatis humanæ avida adacta eſt, ut in inventione multiplicium terni regni pharmacorum, ac unico & ſimplici iisdem utendi modo minimè quieſcat, ſed prætereà aut ægrotantium varietate delectantium guſtui, & complacentiæ ſtudioſa aut majorem pharmacis energiam, & penetrantiam, aliámque reſpectu diverſæ cauſæ morbiferæ comoditatem concilians varios unius & ejus medicaminis applicandi adinvenerit modos, ſic ſatìs ei non erat aquarum mineralium prænôſſe virtutes, ac univerſalem lotionis, ac potationis methodum excogitâſſe, ſed ad particulares quibusdam morbis, & patientibus magìs accomodatos ſucceſſu temporis deſcenderat uſus, qui in duplici quidem ſunt differentia, ſcilicèt *ſtillicidii, & laconici* ſeu balnei vaporoſi, nos autem binam addimus, videlicèt: *injectionis, & fotûs*, qui mediante vel aquâ, vel lutô peragi poteſt, de quibus nunc ordine unâ cum animadverſionibus hôc capite pertractabimus.

§. 2. *Embrocha*, ſeu *ſtillicidium* eſt irrigatio membri cujusdam affecti per aquam âb alto ſtillantem, & potentiùs in aliquibus morbis ob majorem impetum, & penetrantiam habetur remedium ipſo balneô, guttæ namque ex ſublimiori loco cadentes in partem affectam aſcititiâ quadam gravitate particulas minerales profundiùs impellunt, & cauſam morbificam inibi valde inpactam reſolvunt repetitis ſcilicèt ſtillationibus, quemadmodùm:

Gutta tandem cavat lapidem non vi, ſed ſæpè cadendo ſic aqua intrà lapides ſtagnans nec quidquam de lapidibus deradit, quod tamen repetitô ſtillicidiô ſuprà lapides contingit, ità & in tantùm ſtillicidium ipſo balneô præfertur, quòd in balneo aqua corpora quidem circumfluat, ſed ſinè impulſu, & violentia, è contrà

contrà verò in ſtillicidio aquæ quodam impetu ad membra impingit, ac per poros hôc modô magìs rarefactos & appertos viribus ſuis ſe inſinuat.

§. 3. Modus hoc ſtillicidium adhibendi eſt, ut aqua vaſe teſtaceô, ligneô epiſtomium habente quatuor aut quinque pedum diſtante excepta per epiſtomium guttatim, ut tamen una gutta feriat alteram, in partem ſubjectam decidat, & ità juxtà vires, & tollerantiam ægrotantis ſingulis diebus bis tempore ſcilicèt matutinô & pomeridianô ad modum in balneo prælibatum â quadrante per quadrantes horæ ad horam unam, vel ad ſummùm unam & dimidiam aſcendendo, hincque per quadrantes ad quadrantem horæ deſcendendò, per dies 7. 9. 11. aut 14. pro exigentia rei continuetur, & omnia de balneo ſuperiùs præmonita diligentiſſimé obſerventur, note túrque aquam non nimiùm debere eſſe calidam, nec frigidam, ſed ex tempore non nihil calentem, tactuíque blandientem, obſervatis tamen circumſtantiis.

§. 4. Adhiberi quidem poteſt ſtillicidium plerísque ferè membris, potiſſimùm verò capiti dicârunt thermographi, idque in apoplexia, paralyſi, catarrhis, humiditate cerebri, affectibus ſæporoſis, vertigine, aliíſque ſeroſitates pituoſas aut flatulentiam inſequentibus, in quibus tamen periculoſum eſſe remedium exiſtimo, partes námque capitis ſubitò rarefactæ ac materiæ violentiâ quadam reſolutâ ſe magìs in partibus membranoſis diffundit, & inde cerebrum ipſum inundat, aut, ùt ſæpius contingit, non benè ſiccatô capite aëri ſe exponunt, hinc materia reſoluta ſparſim in partibus luxurians, denuò ſubitò condenſata, poríſque occluſis fibris magìs impingitur, ac nonnunquàm ſpirituum cauſare poteſt ſuffocationem, unde illis laconicum poſteà deſcribendum majori eſſe commodo, aut ipſam balneationem, omninò judico, in hemicrania verò, ac diuturno capitis dolore ab acrimonia ſalina, ſeu bilioſa excitato haud ſinè levamine adhibetur, ſalia námque acriora diluit, abſorbet, & cicurat, partémque affectam quodammodò roborat, locum autem, quo ſtillæ aquarum excipiendae, verticem eſſe volunt, propter concurſum ſuturarum ſcilicét ſagit-

talis,

talis, & lambdoidis, per quas particulas minerales facilem ad partem affectam illapſam, & penetrantiam invenire autumant.

§. 5. In aliis verò partibus majori cum ſecnritate ſtillicidium applicabimus, ad hypocandria quidem in lineis, & hepatis tumoribus, & obſtructionibus cum maximo ægrorum ſublevamine, ùt experientiâ per caſus aliquos edoctus ſum, qui tamen præthereà etiam aquam in potu ſumpſerant, ac per dies 20. circiter continuaverant, interpoſitis tamen quandóque pro educenda materia reſoluta laxativis; *ad regionem renum* in nephritide & difficultate urinæ ex renibus obſtructis, aut tono illorum læſo; *ad regionem coxarum* in dolore Iſchiatico; *ad regionem pubis* in affectibus veſicæ; *ad articulos* in dolore arthitrico, & podagrico; *ad actus varios* nodis, tophis, tumoribúsque tum duris, tum mollibus, & ædematoſis obſeſſos, ubi conſultum foret, ſi hirſutæ ſint partes, pili antè ſtillicidium novaculâ abradantur, ut pori ſic magìs patuli faciliùs aquæ tranſitum concedant.

§. 6. *Laconicum ſeu balneum vaporoſum* in limphæ præſertim vitiis, dum copia luxuriat, partéſque inundat, locum invenit, poros námque rarefaciendo apperit, & lympham qualitate, aut quantitate peccantem per eos elicit, particuláſque minerales profundiùs in corpus promovet, ut vitioſa quælibet alterando, obtundendo, aut poris ſuis proportionatis recipiendo, ſecum rapiant, cujus adhibendi modus ſit ſequens.

§. 7. In cubiculo probè calefacto collocetur lacònicum, ſeu ſtupha communiter uſualis, quæ ſuperiori parte capiti exporrigendo pateat, ciſtuláque pavimento annexa ſit laminibus ferreis, aut cupreis munita, cui indentur lateres calefacti, aut chalybs ignitus, vel ſcoriæ è ferrariorum officinis rejectæ, quibus affundatur ſensìm aqua thermalis, ut fumum eructent repetitis vicibus, nè calor in laconico deficiat; laconicum verò ſit undique probè clauſum, nè fumis & vaporibus rima pateat, ſicque proùt vires conceſſerint, ſudor ad mediam, vel integram horam, aut etiam ulteriùs promoveatur, idque vel maximè à meridie concoctione jam peractâ, ità enim per prandium refecti, paulò violen-

tius remedium majori alacritate ſufferunt, robuſtioribus etiam matinum concedendum.

§. 8. Antequam laconicum intrent, hauſtum unum aquæ thermalis aſſumere haud erit incongruum, ſic námque poris in laconico appertis particulæ noxiæ, ſalſæ, acidæ, alcalinæ, aut quomodocunque degenerantes unitis viribus exterminantnr.

§. 9. Membrum particulare morbis lymphaticis, ſeroſis, aut pituitoſis affectum arculis, ſeu ciſtulis artubus affectu tali laborantibus accomodatis immitantur, aut etiam præcipuè vilioris ſortis homines fumum & halitus, ſive vapores ipſis in labris ex aqua thermali propriô naturæ niſu calentibus ad membrum affectum unâ, vel alterâ ſpithamâ ſuprà aquæ ſuperficiem extenſum debitum usque ad tempus excipiant.

§. 10. *Injectio aquæ thermalis* per ſyringas variis præcipuè in oris, & inteſtinorum affectibus magno cum pàtientis emolumento celebrari poterit, quemadmodùm eſt in tumore, & flacciditate gingivarum, dentium dolore, prunella, laxitate uvulæ, atque oris ulceribus; in ſinubus aut fiſtolis profundioribus per ſyringam eburneam, in alvi obſtructionibus, torminibúsque ventris per clyſterem injicienda, non contemnendumettiam præterea gonorrhæâ etiam virulentâ laborantibus injectio hujus aquæ ſuppeditat remedium, quemadmodùm & uteri morbis ſuccurrit.

§. 11. *Fotus* vel fit per lutum, vel ipſam thermarum aquam; lutum enim vel in ipſa ſcaturigine, vel emiſſariis fontiun ſepoſitum membris rigidis contractis, & paræli affectis, ùt & inflatis, tumidísque per modum cataplasmatis calens adhuc applicatum mollificat, reſolvit, dolores lenit, humiditates ſuperfluas exſiccat, & dictis affectibus mirum in modum appropriatur; hoc tamen notandum velim, quòd ſi lutum ad loca diſtantia transferendum foret, (quamvis conſultiùs eſſet hìc ſtatim ex ſcaturigine applicare,) ſuadendum eſſet, ut cum aqua thermali in vaſis teſtaceis transferretur, & quantùm ſieri poteſt, calidum partibus imponeretur, membrúmque, cui lutum impoſitum, in calido teneatur, neceſſe eſt, ut optatus ſequatur effectus.

§. 12.

§. 12. In ulceribus tibiarum emplaſtri modô applicatum ſummum eſſe remedium, quotidie experimur, ac denique in omnibus morbis organicis ab acido oriundis polycreſtum habetur medicamentum, habet ſe námque adinſtàr terræ vacuæ acidô privatæ, qua de cauſa in ſe attrahit, recipit, & abſorbet, potentiſſimè omnia acida corroſiva, ex quibus humorum coägulationes, tumores, & dolores, ac exulcerationes partium ùt plurimùm ortum ducunt, adſtringit, ſimul & partes firmat, nè fluxum impoſterùm admittant, fermentum ulcerum dyſſepuloticum deſtruit, ac mirum in modum conſolidat: fomentationem verò per aquam, ſtillicidii vices nonnunquam ſubire poſſunt, aut ipſius etiam luti nigri ſcilicèt deficientis,

# CAPUT XIX.

## De Symptomatibus in balneo, & potu accidere ſolitis.

QUamvis tanta ſymptomatum caterva, ut in pluribus aliis contingit, noſtris in thermis balneantes, & potantes affligere non ſoleat, ſiquidem pauciſſima ſunt, de quibus veram obſervantes methodum, medicíque ſequentes conſilium conqueruntur, ſint accidentia, interim nè hac in parte mancus eſſe videar, ut mala ingruentia avertere, & præcavere, vel in omnem eventum medicamentis præmuniti jam actu genita aufferre valeamus, quædam adjiciam.

§. 1. Sunt autem ſymptomata iſta in triplici differentia, vel enim accidunt ſufficienter præparatis ad balneum, vel minùs præparatis, aut planè indiſpoſiitis ratione morbi, virium, ætatis, temperamenti, neglectâ omni præparatione præmittendâ, niſi ſtatìm ſimiles àb uſu thermarum deſiſtant, & ad alia ſe convertant remedia vel curativè, aut diſpoſitivé, obſtantè nimirùm impuritate corporis, adhibenda, gravia imminent accidentia.

§. 2. Solent quandoque præſertim in principio balneationis, ſeu primis diebus etiam gravia ſe inſinuare ſymptomata, imò & ipſi morbi invaleſcere videntur, unde balneantes de ſalute in thermis quæſita deſperantes, quin potiùs in graviora mala ſe conjiciendos eſſe credentes terrefacti, præmaturè thermis valedicunt, quorum nonnulli præſertim medici |conſilium reſpuentes ſatiùs quidem agunt ceſſando, quàm cum virium jactura continuando; alii verò adhibitis omnibus cautelis cum medico conferentes thermas ingreſſi, minimè de felici eventu ſint ſoliciti aut anxii, ſed imperterriti accerſitô medicô ordinariô loci ejus ſalutari conſiliô, & præſcriptis utentes medicamentis tempus aſſignatum tollerent, & ſanitatem futuram expectent.

§. 3. Quædam horum ſymptomatum pharmaceuphtica poſtulant remedia, quædam verô ſponte ſuâ continuando thermarum uſu denuò evaneſcunt. Solent autem frequentiùs accidere ſequentia: *Capitis dolor*, *vigiliæ*, in aliis *ſomnolentia*, *laſſitudines*, *lipotomia* ſeu deliquium animi, *defluxiones* ad fauces & pectus, *ſitis clamoſa*, *variæ phlagoſes*, *efloreſcentia cutis*, *appetitûs protractio*, *vomitus*, *incaleſcentiæ viſcerum*, *alvi obſtructio*, aliquando *febricula*; de quibus nunc ſingilatim.

§. 4. *Capitis dolor*, ſeu cœphalalgia, plerúmque cauſam habet viſcoſitatem humorum, motum lymphæ, aut ſanguinis per minuta cerebri, aut meningum vaſula retardantem, aut eorum acrimoniam fibrillas nerveas variô modô irritantem, pungentem, & criſpantem, quarum utraque provenit ex defectu, vel torpore ſpirituum eorum diſſipatione, aut aciditate humorum lentorem inducente progenito, vel exaltatis lymphæ vel ſeri defectu ſalibus tum acidis, tum alcalinis oleoſo-ſulphureis, ſeu bilioſis. Quare ſuccurendum humectantibus, & alcalinis acrimoniam ſalium abſorbentibus, adjunctis confortantibus; confortantia ſint, quæ ſequenti §. dicentur: humectantia verò ac blandè refrigerantia ſunt partim externa, partem interna: externa quidem unguentum alabaſtrinum, infrigidans Galeni, oleum papaveris, hyoſcyami, mandragoræ, nymphææ, roſarum, acetum

tum ruthæceum, roſaceum de rub. idæo &c. ex quibus cum aqua poſſunt fieri oxyrrhodina; internè verò emulſiones ſeminum, quatuor frigidorum, papaveris albi cum aqua roſarum, nymphææ, florum papaveris ereatici cum man. Xti perlatis, vel ſyrupo papaveris, aut portulacæ; quibus addi poſſunt alcalina, cornu cervi philoſophicè præparatum, oculi cancrorum, ebur ſinè igne præparatum &c. quæ pariter orgasmum ſanguinis compeſcunt; præterea notandum, ut caput in balneo probè coopertum ſit, nè vapores illud involent; quibus pariter medicamentis & ferè quidem iisdem vigiliis, aut agripniæ balneantium ſuccurrimus.

§. 5. *Somnolentia* vigiliis affectus contrarius ſpiritibus vel deficientibus, vel â vaporibus ex primis viis, aut aliunde ad cerebrum delatis, obnubilatis, & ſuperflua plùs minùs viſcidâ humiditate inertioribus, aut particulis acidis plùs minùs narcoticis, aut crudioribus irretitis debetur, qua ratione poſt paſtum, & violenta exercitia in ſomnum ruimus, ùt & illi, quos cerebrum humiditate oppletum nanciſci contingit, unde profliganda eſt balſamicis acrioribus ſpirituum motum provocantibus, eóſque refocillantibus, ſive ſint ſuaveolentia & aromatica, ut caryophyli exotici, cinamomum, lignum aloës, ambra, moſcus &c., ſive graveolentia, ùt ſpiritus ſalis armoniaci, cornu cervi, balſamum ruthæ &c. quæ naribus applicata perquàm utilia ſunt, internè verò adhibeantur confortantia, & ſpiritua ſcentiam adjuvantia, ac diæta pro cauſarum variatione tenui, & blandè calidâ, aut aliquantum locupletiori, & multùm nutriente regantur balneantes. Poſteriori verò caſu, ubi ſpiritus, aut â vaporibus obnubilati, aut â ſupetflua, eáque viſcida humiditate inertiores, vel acidis, narcoticisvè irretiri ſunt, vapores aſcendentes cohibentibus, nimiam humiditatem evacuantibus, viſcoſitatem incidentibus, aciditatem, & narcoſin aufferentibus agendum eſt, quibus licèt thermæ noſtræ potiori ex parte percurandis ſufficerent, unde & rariſſimè debitô modô adhibitis in iis balneantes in ſimilia incidunt ſymptomata: interim tamen, ſi quacunque de cauſa ea obvenire balneantibus contingeret, ſequentibus mederi poſſemus

 reme-

remediis; vaporibus quidem, ex primis viis caput petentibus cydoneatis poſt paſtum comeſtis, aut tragæâ ſtomachicâ hunc in finem concinnatâ; humoribus viſcoſis, cerebrum inundantibus per laxativa, vel ſudorifera, aut diuretica, v. g. pilulis cæphalicis, hydragogis, & phlegmagogis, ſpiritu ſalis armoniaci, cornu cervi, liquore cornu cervi ſuccinato, cornu cervi philoſophicè præparatô, ſpecificô cephalicô, Michaëlis ſale volatili, cornu cervi ſuccìni, &c. aciditati, & narcoſi iisdem ferè ſuccurrimus mediis, ſcilicèt abſorbentibus, & ſpirituoſis volatilibus, urinoſis, ùt eſt liquor cornu cervi, ſpiritus ſalis armoniaci, ſal volatile, cornu cervi, ſuccini, cryſtalli præparatæ, oculi cancrorum, cornu cervi uſtum præparatum, mandibula lucii piſcis, oſſa ſepiæ, corrallia rubra, & ſexcenta alia.

§. 6. *Laſſitudo, ſeu virium defectus* ſpirituum ſequitur diſſipationem, vel oppreſſionem â particulis hæterogeneis, figentibus, aut aliter afficientibus, vel ſpirituaſcentiam impedientibus, & accidit vel maximè corporibus non ritè ad balneum præparatis, aut tranſpirationi nimiùm perviis, ſeu rarioris texturæ, aut ultrà virium robur diutiùs thermis calidioribus inſidentibus: cui obviam imus roborantibus, & confortantibus, ſpirituoſis tum volatilibus, tum fixis, qualia ſunt: conſerva boraginis, confect. alkerm., coroll. rub. cortic. citr. conditi, flavedo ejusdem corticis, liquor ejusdem flavedinis in vinum expreſſus; pomor. Borsdorff., aqua apoplectica, elixirium vitæ Matth. liquor cornu cervi ſuccinatus, vinum generoſum; quibus accedat diæta reſtaurans, ac tempus balneationis abbrevietur, & aqua remiſſioris ſit caloris, prodeſt etiam hauſtus aquæ thermalis quàm optimè.

§. 7. *Lypotymia*, ſeu *deliquium animi* ſuccedit nonnunquam perverſam balneandi methodum, quando ſcilicèt balneantes in prandio inter epulas, & pocula luxuriantes oppletô ventrículô, & cerebrô, obtenebratísque ſpiritibus thermas ingrediuntur, inibi vociferantur, aut planè obdormiunt, ubi periculum eſt, ne illud contingat, quod Andernacus Rhetis in balneis Travorinis contigiſſe teſtatur, referente Philippô Weberô in deſcri-

ptione

ptione Wisbadenſium, ubi homines cibô & potu repleti, & prorsùs ebrii in balneis obdormiverunt, hìncque in cruditates, colicas, aliosque pernicioſos morbos cum lapſu virium inciderant, ut febre, vel lymothimiâ correpti, vel planè ſubitaneâ morte oppreſſi, & extincti ſunt, quod idem Weberus viro cuidam haud parvæ authoritatis in thermis Wisbadenſibus annô 1612. die 24. Jun. eo præſente balneum ſcarificationis gratiâ bene potus ingreſſus, contigiſſe teſtatur; vel quando contrà mandatum medici mergorum inſtàr totâ nonnunquam die, ſpe citiùs curam abſolvendi, aquis inhærent; vel debiles, & totaliter viribus exhauſti ad thermas mittuntur, quas censent, ſed perversâ cenſurâ, ultimum medicorum eſſe remedium, ità námque viribus fracti thermas vix ampliùs ferunt, niſi obſervatâ accuratâ methodô, diætâ, & confortantibus eximiis, quæ talibus ex aſſe competunt, indies applicatis refecti, illis quidem remederi poſſumus, admonendo, ut â cauſis procatharticis abſtineant, hos verò, aut ſimiles de debita balneandi methodô inſtruemus, diætam eis confortantem præſcribemus, ac medicamentis refocillantibus reſtaurabimus, qualis quidem methodus, & medicina his uſurpanda ſit, ex ſuperioribus, partìm verò infrà dicendis non difficulter colligitur, qualis verò diæta, ſequenti capite conſtabit.

§. 8. *Defluxiones* ax capite, ſive catarrhoſæ ſint, ſive rheumaticæ, plerúmque eos infeſtant, qui plùs juſtò potationi vini & ebrietati dediti intemperiem cerebri humidam, & frigidam ſibi procurârunt, aut caput aquâ thermali madidum aëri exponunt frigido. In his námque materia viſcida, & pituitoſa meningibus, & cerebro impacta calore, & viribus thermarum reſoluta per os cribroſum, glandulásque pituitarias ad nares, fauces, & pectus depluit, aut per partes membranoſas & nerveas ad inteſtitia muſculorum deſcendit, ac rheumatisma cauſat, quod antevertere valemùs in primis modô balneandi, ut tales etiam temperatioribus balneis balneent, aut aquis caput optimè præmuniant, ut â quadrante per dimidios quadrantes ad præſcriptum aſcendant terminum, ut ſucceſſivè tantùm fiat humorum reſólutio ac per ſudorem

dorem diſſipatio, conentúrque balneum egreſſi copioſiorem provocare in lecto ſudorem, qui verò intemperiem cerebri per potum contraxerint, ter vel quater antequam incipiant balneare, laconicô utantur, ut ſuperflua humiditas nonnihil exſiccetur, ac impoſterùm â græcationibus abſtineant, in decurſu autem thermarum utantur exſiccantibus, & caput roborantibus tam externè, quàm internè; externè quidem per ſuffitus, ſeu ſuffumigia ex thure, maſtiche, roſis rubris, baccis juniperi, ſtorace, lignô aloës, & ſuccinô; vel cucupha ſeu pileolùs interpaſſatus ex herbis aromaticis, rore marinô, ſalviâ, lavendulâ, betonia, ſuccinô, lignô aloës, nuce moſcata, ſtorace, calamite, Benzoë, moſcô & ambrâ &c. conſutus confert, vel ex furfuribus, ſemine millii ſolis', nigellæ, maſtiche in ſartigine torefactis, & ſimilibus, quæ & præſertìm cucuphæ continuò etiam in thermis ſub vittis, vel aliis conſuetis capitis munimentis geſtari poſſunt, internè verò dum ſenſibiliter per alvum purgantia cùm per inſenſibilem tranſpirationem humiditates luxuriantes diſſipantia propinanda, quorum primi generis ſunt maſſa pillularum de ſuccino Cratonis, pillulæ cochiæ, gialappa, & præparata, ex ea, & inſtàr omnium extractum agarici, 2[di] verò generis, radix chinæ, ſcorzoneræ, Eringii, Helenii, lignum ſaſſafras, ſanctum, ſeu guiacum, herbæ betonicæ, veronicæ, hæderæ terreſtris, ſemen fœniculi, coriandri, & omnia aromata, ex quorum decocto vel infuſo aſſumere poſſunt unicas 8. ad libram unam antè ingreſſum ad thermas.

§. 9. *Sitis clamoſa* eſt inſolita humidi appetentia, quæ cauſam agnoſcit, vel defactum lymphæ ſalivalis tantùm, vel verò totius, unde fauces, orificium ſuperius ventriculi, vel totus etiam eſophagus exſiccatur, & areſcit, vel ſalia in maſſa ſanguinea exaltantur, & acriora redduntur diſſipatis particulis aquoſis ſalia diluentibus, hinc in tubulis glandularum ſalivalium incuniantur, eos obſtruunt, & ſalivæ ad fauces deſtillanti, eáſque irriganti viam præcludunt, unde pariter partium ſubjacentium conſectanea ariditas, & ſitis, cui remedemur aquoſis refrigerantibus blandè acidulis humidiatem reſarcientibus acrimoniam ſalinam diluentibus,

tibus, & contemperantibus, qualia ſunt Julapia ex aqua Endiviæ, acetoſ. cichor. vel etiam fontana, tinctura roſarum, violar. bellid. ſyrupus roſarum rub., de rub idæ., ſucc. citr. cum ſpiritu nitri, ſulphuris, vel vitrioli. Vel propinari poteſt ſerum lactis, vel morſuli ex conſerv. roſar. flor. tunic. cum ſaccharo in ſucc. citr., ribium, ceraſorum acidorum, berber. ſoluto; poteſt etiam ſæpiùs ſal prunellæ in ore detineri, vel acetô & aquâ, vel ipsâ aquâ thermali os collui, cujus hauſtus pariter prodeſt, ſi verò ſitis ex humoribus vitioſis reſolutis circà ventriculum ſtagnantibus, aut cum ſanguine etiam circulantibus producitur, leuis quædam evacuatio per alvum per rhabarbarum, aut agaricum, vel thamarindos, pro re nata', conducibilis eſt.

§. 10. *Phlagoſes*, ſeu partium incaleſcentiæ, ſive volatiles ſint in partibus ſuperficialibus cum cutis rubore per vices redeuntes, aut ſtabiles, ſimul omnes ex acido plùs minùs volatili in ſanguine fluctuante originem ducunt, id namque thermarum viribus in motus actum, ac ad partes ſuperficiales propulſum fibras muſculorum & curis irritando, & conſtringendo venas, & artherias coarctat, reditum ſanguinis impedit, qui inde in partibus muſculoſis circà cutem reſtagnans vitioſa fermentatione incaleſcit, ac ruborem partibus inducit inflammatorium, accidit plerúmque iis balneantibus, qui fermentum ſtomachi nimìs acre & acidum nacti ſunt, vel innatum, vel aſcititium, & hypocondriacis, mulieribúsque hyſtericis, quæ vel maximè vividum faciei colorem curantes, vel ideò thermis valedicere cogitant, metuentes ruborem faciei ſæpiùs etiam extrà balnea recurrentem impoſterùm ſemper duraturum; ſed errant delicatulæ, talis enim phlagoſis, præter id, quòd ſit ſignum expellentis naturæ, & bonæ operationis thermarum, ſponte ſuâ edulcoratô, ſucceſſu temporis, ſanguine per ipſas evaneſcit thermas; quæ verò, nè videantur bibulæ, remedium ſimili phlagoſi petunt, internè adhibeant alcalia fixa, aut volatilia, antimonium diaphoreticum, ebur ſinè igne præparatum, conchas præparatas, ſanguinem hirci præparatum, ſalia fixa vegetabilia, aut volatilia; ſpiritum theriacalem &c.; ex-

ternè ſolutionem ſacchari ſaturni in aqua nymphææ, vel ſuccum cancrorum fluviatilium, quibus antè ingreſſum ad thermas, etiam poſt egreſſum laventur partes phlagoſi correptæ.

§. 11. *Cutis efflorescentia* ſi balneo ſuperveniat, eadem continuatô thermarum uſu denuò absque alterius medicaminis applicatione ſaneſcit, ubi tamen notandum, nè tunc à balneo deſiſtant, ac, ſi vires ferunt, diutiùs per diem incumbant thermis, circà finem verò, ubi conſolidatio cutis erit neceſſaria, aliquos quadrantes detrahant, ac balneum ſit temperantius, nimius enim calor conſolidationem impediret. Deinde in actuali excretione cutanea caveant balneantes angue pejùs ab aëre frigido, nè conſtrictis poris exanthemata â circumferentia ad centrum recedant pernicioſa mala illatura. Verùm hæc in noſtris thermis rariſſimè contingit ob cauſam ſuperius datam.

§. 12. *Appetitus proſternitur*, ac faſtidium ciborum oritur ex humoribus per balneum reſolutis plùs minùs vitioſis ad ventriculum confluentibus, aut fermentô ventriculi minùs volatili, & ſpirituoſô exiſtente, quorum primum, ſi debitæ inter balneandum ommiſſæ fuerint evacuationes, indicat lenem quandam evacuationem, ut fœculentiæ primarum viarum abſtergantur, & noxia humorum per alvum eliminentur; ſecundum verò antevertimus ſpirituoſis volatilibus nonnihil acidulis v. g. ſpiritu ſalis & vitrioli dulcificatis, vel rotulis ribium, aut ex ſucco citri, eſſentia panis thymæi von Gulden-Klee / cum vino malvatico deſtillata per retortam, quæ eſt acido-volatilis, & ſingulariſſimum his in caſibus remedium &c. Verùm ſi cauſa pituita cum tono glandularum ſtomachalium læſo tunicis ventriculi impacta ſit, aromatica volatilia oleoſa ſaponatæ quaſi naturæ conveniunt; ex, gr. vinum medicatum ex herba abſinthii, menthæ, cardui benedicti, radice acori veri, helenii, zedoariæ, cinamomo; ſeminibus 4. calidis majoribus, vel cortices citri conditæ, elixir. menthæcum ſpiritu propriô per infuſionem paratum, zinziber conditum &c. Externè regio ventriculi inungi poteſt antè ingreſ-

ſum

ſum ad balneum oleô maſtichinô, abſinthii, menthâ, diſſolutô in eis tantillô balſami peruviani.

§. 13. *Vomitus*, ſeu ventriculi ſubverſio, niſi patiens ſit picrocolus, aut aliunde ad vomendum valde diſpoſitus, plerúmque inappetentia eandem ſortitur cauſam, nimirùm humorum vitioſorum in ventriculo colluviem plùs minùs acrem, & fibras ſtomachi irritantem, quam pariter laxativis educere oportet, aut ipsâ thermarum potatione, quam experientiâ compertum habemus unicô quandóque hauſtu nauſeam, vomendíque conatum illicò tollere, ſi verò in potatione vomitus ſuperveniat, vel particularis cauſæ morbificæ, aut corporis vitioſa diſpoſitio, ùt ſuperiùs de thermapotatione dictum eſt, vel ſubitanea magnæ aquæ copiæ ingurgitatio, unde ventriculus ſarcinæ impatiens per ſuperiora ſe exonerare conatur, in cauſa eſt, *unde* detractâ aquæ quantitate paulatim bibendo vomitiones ſimiles facilè declinabimus, quòd ſi tamen nihilominùs vomitus urgeat, niſi cum virium detrimento contingat, ſinendus aliquoties eſt, nec temerè compeſcendus, ità námque ſabura in ventriculo reſtagnans eluitur, quâ ablatâ ſpontè ceſſat nauſea cum vomitu, ſi autem vomitum vires dejicere contingat, temerariâ violentiâ ac ſolutis promiſſione ad continuationem cogendi non ſunt potantes, ſed maturè â potatione deſiſtere moneantur.

§. 14. *Incaleſcunt* aliquando *viſcera* balneantium præſertim hepar, & renes ob diſpoſitionem ſanguinis ſalino-oleoſam per diſſipationem partium aquearum ſalia diluentium, ſeu bilis exaltationem, quam incaleſcentiam removemus, & contemperamus per humectantia, & refrigerantia externè & internè adhibita, externè quidem per unguentum infrigidans Galleni, de althæa camphoratum album, roſatum, poma limonia putrida &c. Internè verò per tincturam roſarum, florum papaveris erratici, bellidis &c. prodeſt etiam thermarum hauſtus, & vitatio nimii ſudoris.

§. 15. Solet etiam balneantibus quandóque minùs obedire alvus ſcybalis in inteſtinis âb exſiccatione induratis, quæ facilè reſpondet clyſteribus ex aqua thermali cum melle mercuriali aut ſac-

charo rubro, & ovorum vitellis, ac ſale communi, ſeu gemma concinnatis, per os verò aſſumptus aquæ thermalis hauſtus, aut infuſum paſſularum alvum proritat.

§. 16. *Febres* rariſſimè in noſtris accidunt thermis, niſi gravis error committatur, vel in iis, quæ antè, in, & poſt thermas agenda ſunt, dum vel corpus non ſufficienter præparatum aquis immergunt, unde particulæ heterogeneæ ex primis viis in maſſam ſanguineam delatæ fermentationem ſanguinis in exorbitantias deducunt, vel diæteticæ non obſervantur leges, vel nimiùm calidis corpus immergitur aquis, ubi exaltantur ſalia volatilia oleoſa, ſeu bilis, corporis æſtum producentia, aut in thermis obdormiunt, vel ſtatim âb egreſſu aëris rigorem admittunt, unde particulæ excrementitiæ per tranſpirationem inſenſibilem eliminandæ retinentur, corrumpuntur, & cum ſanguine deinde refluæ maſſam ſanquineam inquinant, motúmque inteſtinum ejusdem turbant, ac febres inducunt, ſed facilè his ſuccurrimus, & quidem, ſi ſunt febres intermittentes, electuariò meò antifebrili, quô nullus hucusque, ùt ùt febricitans, ſpe fruſtratus eſt, nec indiget multis doſibus, cùm plerúmque una bolo febris intermittens qualiscunque evaneſcat, continua verò ſi fuerit febricula, cornu cervi philoſophicè præparato, antimonio diaphoretico, ſpeciebus de gemmis frigidis, emulſionibus ex ſeminibus frigidis, & præſertim ſulphure lapidis hæmatidis hic loci ritè præparato facillimè cedit.

# CAPUT XX.

## De diæta balneantibus obſervanda.

§. I.

NOn opportunis tantùm medicamentis morbi ſaneſcunt, ſed & debitâ & ordinatâ diætâ; utpotè ſinè qua medicus incaſsùm ægrotanti porrigit manum: ſubminiſtratâ námque per nocivum ſex rerum non naturalium regimen novâ læſionis causâ

cauſâ indies recrudeſcunt morbi, unde patientes exhauſtis tandem viribus non tantùm ſanitatis ſpe fruſtrari, ſed in pejus etiam ruere neceſſe eſt; conſuetudini tamen aliquid concedendum eſt; conſueta enim licèt deteriora inſuetis minùs lædere ſolent, tanta ſiquidem in conſervanda valetudine, ac profligendis morbis conſuetudinis vis eſt, ut nonnunquam negatis aſſuetis patientes convaleſcere nequeant, licèt conceſſis deteriora, minúsque morbo convenientia videantur, ſic Salmuth refert de tritore quodam, qui febre correptus, ac præter conſuetudinem lecto impoſitus dies, noctésque inſomnes egit, ac indies in pejus ruere ceperat, usque dum tandem in aërem liberum ſuper ſtramen collocaretur, ubi ſuaviſſimè dormiens, convaluit. Simile exemplum habet Solenander de ſtabulario eôdem modô febricitante, qui in conclave mundum purioris aëris gratiâ translatus ſemper ſe pejus habuit, in ſtabulum verò reportatus convaluit; quod etiam de cibo & potu, aliísque rebus non naturalibus dictis, de quibus poſteà, advertendum velim, plurimi enim certis quibusdam cibis ac potibus aſſueti iis denegatis, ac ſubitò interdictis, deperdito tandem omni appetitu in pejora reure percepimus; è contrà ardenti deſideriô petita, licèt aliquando deterrima viderentur, conceſſa, tamen contrà omnium ſpem patientes reſtaurâſſe, ſanitatíque, reſtituiſſe, exempla teſtantur. Non temerè tamen in iſtis luxuriare oportet, ſed conſideratis conſiderandis concedenda.

§. 2. Theodatus in Pantheo hygiaſtico ordinatâ diætâ vitam ad 120. annos producere docet, quod alii negant, diætámque bonam quidem corpus ad ſanitatem, malam verò ad morbos diſponere, non autem ad vitæ prolongationem quidquam facere contendunt, ſed videtur eſſe diſputatio de lana caprina, ſiqnidem prolongare vitam, nihil eſt aliud, quàm præfixum â Deò vitæ terminum bonâ valetudine conſequi, terminum enim iſtum etiam panacæis ſolaribus philoſophorum prævertere nequimus; licèt corpora ſana eò usque perducat, ſi ergò diætam ordinatam corporum ſanitatis fulcrum eſſe concedimus, pariter ad vitæ productionem prærogativa ejusdem admittenda erit, cùm autem diæta

conſiſtat in ſex rerum non naturalium (dicuntur non naturales ex eo, quòd nec principia, nec cauſæ corporis noſtri, ac partium ejus conſtitutiva ſint, nec tamen ſint contrà naturam, ſed mediæ inter id, quod eſt præter naturam, & ſecundùm naturam, ) debitô regimine, de iis ritè adminiſtrandis in ſequentibus paragraphis pertractabimus, ſunt autem ſequentes: aër, potus & cibus, ſomnus & vigilia, motus & quies, excreta & retenta, ac animi pathemata.

§. 3. Colligitur ex cap. 6tô., quantæ neceſſitudinis ſit aër in conſervatione vitæ humanæ, is nimirùm per inſpirationem ad pulmones attractus ſanguiníque per eos continuò circulanti permixtus, eum variô modô alterat, prætereà, quatenùs non ambit, variâ ſuâ temperie puritate, vel impuritate corpus noſtrum variè quoque conſtitutum afficit. Sit itáque balneantibus familiaris aër purus, ſerenus, nec nimiùm frigidus, nec exceſſivè calidus, potiùs ſiccus quàm humidus, qui niſi naturaliter ità fuerit temperatus, arte corrigatur, frigidus quidem calefaciendo cubiculum, calidus verò aſperſâ per cubiculum aquâ, humidus autem per ſuffitus, ſeu ſuffimigia ex accenſis herbis aromaticis. Diverſorium, ſi ità fert occaſio, versùs orientem eligatur, ac vitetur aër nebuloſus, pluvioſus, & rerum putridarum, cloäcarúmque effluviis inquinatus, quò ità ſe habente claudantur optimè feneſtræ, in acceſſu ad thermas, itémque egreſſu corpus quàm optimè præmuniatur pelliceô, aut aliis veſtibus denſioribus, cæterùm quàm utilis tam ſanitati præſenti conſervandæ, quàm deperditæ recuperandæ ſit aër Budenſis, abundè patet ex cap. 6. §. 4. ut ſolæciſmus videatur eadem denuò repetere.

§. 4. In cibo & potu, quorum maxima in tuenda ſanitate, & exſtirpandis morbis habenda eſt ratio, ſæpiſſimè peccatur, eſculenta ſiquidem, & potulenta modô præpoſterô ingeſta, non tantùm optatam thermarùm operationem ad ſanitatem futuram præpediunt, ſed etiam patientes nonnunquam in variorum ſymptomatum, aut ipſius etiam mortis periculum conjiciunt; unde non ineptè Fernelius unam gulam hominum propè morborum matrem,

matrem, ac intemperantiam medicorum eſſe nutricem, dicere amabat, hinc admonet Hipocrates lib. 6. de morbis popul. ſect. 4. non ſatiari cibis, & impigrum eſſe ad labores, ſtudium eſſe ſanitatis.

§. 5. In aſſumptione ciborum & potuum attendendus eſt ſumendi modus, quantitas, qualitas, ordo, tempus, & præparatio, unde ratione modi non nimìs affatìm cibos tanquam canes famelici absque prævia maſticatione abliguriant, & omnia quæque indiſcriminatim devorent, ſed paulatim bene maſticando deglutiant; maſticatio enim, ſeu ciborum inter dentes comminutio tanquam prævia eorum ad ſubſequendam bonam in ventriculo concoctionem perquàm neceſſaria eſt, ut ſcilicèt cum ſaliva aqueo-ſalina intimiùs permiſceantur, & ſubigantur, qui vi ſuâ fermentativâ alimenta ad futuram in ſtomacho fermentationem meliorem ſubeundam præparat, ac ingreſſum fermenti ſtomachici ſolicitat, ùt videmus eſculenta maſticatione contrita, ac in lentum digeſtionis calorem repoſita brevi intervallô in magma reſolvi chyloſum, quod maſticationis opus in brutis quibusdam ruminatio ſupplet, cibi námque non decenter maſticati tanquàm minùs ad digeſtionem ventriculi diſpoſiti non ritè in ſtomacho digeruntur, & tardiùs diſſolvuntur, unde cruditatum ſeries balneantibus ſummè nociva, præſertìm verò, ſi interdiu comeſſationibus indulgentes inſuper ventriculum aggravant, ſic námque cibis nondum digeſtis plenô quaſi ventriculô contra regulas ſuperiùs traditas thermas ingrediuntur, ubi plurima ſuperiùs notata ſymptomata cum virium jactura incurrunt.

§. 6. *Quantitas ciborum* juxtà ſumentis appetitum, & tollerantiam ponderanda eſt; ubi notandum, cùm thermæ noſtræ appetitum ſæpè augeant, nè plùs juſtô comedant, nec copiâ luxuriantibus ſeſe inſarciant cibis, imò potiùs duobus, vel tribus ferculis â medico præſcriptis contenti ſint, nec omninò ad ſacietatem reficiantur, ità ut poſt ſumptum paſtum adhuc ſuperſit aliqualis ſaltèm appetitus, ſic námque ventriculus aſſumptis non aggravatur, ea complectitur, atque facilè concoquit, ità ut horâ balnei

conſue-

conſuetâ probè alimenta digeſta ſint, quod in regulis deſideratur, eduliorum verò varietate, aut cupediarum luxuriâ appetitus ſpurius irritatur, & provocatur, ut ſatiatô etiam appetitu ultrà exigentiam naturæ ingerantur cibi, potúſque; unde ventriculus ſarcinæ impotens digeſtionem negligit, quâ neglectâ plerúmque infirmitas.

§. 7. *Qualitas ciborum* vel crumenam, ſortémque hominis ſequitur, vel juxtà morbos, eorúmque cauſas ſpecificatur, aut conſuetudinem reſpicit, cui quandóque indulgere ipſe jubet Hipocrates; cùm autem diverſitas eſculentorum vix non eſt infinita, ea tamen omnia ex duplici deſumantur regno, ſcilicèt animali, & vegetabili, eorum pauca noſtrum finem ſpectantia, & ægrotantibus, genericè loquendo, magìs convenientia, in ſequentibus commemorabor. Dividitur autem regnum animale in tres claſſes, ſcilicèt in *quadrupedia*, *volatilia*, & *aquatilia* præter amphibia, quorum duo priora denuò vel ſunt *domeſtica*, vel *ſylveſtria*, & quidem ex *quadrupedibus domeſticis* noſtro conceduntur propoſito ſequentia, ùt: *caro agnina*, ſed non ovina, quæ hìc loci per abuſum dicitur agnina **oder Lämmernes Fleiſch** / *bædina*, *vitulina*, *bubula junior optimè elixa*, ùt & ex lacte factitia *butyrum*, acrimoniam ſanguinis vitioſam egregiè contemperans, nimis tamen largus ejusdem uſus præſertim bilioſis nocet, *cremor* etiam *lactis* præcipuè dulcis cibis incoctus ſuo gaudet privilegiô; ex *ſylveſtribus*, ut guſtui nonnihil conſulamus, in parva ſaltèm quantitate conceditur *leporina junior*, itidem & *binulina*, cum *aprina*: vitanda è contrà *ovina porcina*, & *viſcera animalium* durioris digeſtionis, ut: *hepar*, *ſplen*, *cerebrum*, *&* *membranacea*: ex ſylveſtribus: *caro*, *cervina*, *leporina*, *&* *binulina annoſa*. Ex volatilis domeſticis conceduntur *capones*, *pulli gallinacei*, *galli indici*, *columbæ*, *anſeres*, iique *juniores*, quibus accedant *ova* gallinarum *ſorbilia*, verùm non ad duritiem cocta; ex ſylveſtribus, aves montanæ, *turdi*, *palumbes*, *perdices*, *ficedulæ*, & omnis fere generis aviculæ in uſum hominis venientes, exceptis paluſtribus, & quæ ſunt durioris concoctionis. Ex aquatalibus in

uſum

uſum venire poſſunt: *lucii*, *ſturiones*, *tincæ*, aliquamdiu in aqua Danubiali enutritæ, *carpiones minores*, iique Danubiales, ſed moderati usûs, *buſones*, *muſtelæ*, *zinguli*, *cancri* moderatè tamen, ſunt enim durioris digeſtionis, *teſtudines*, *barbo*, vitatis tamen eſus ovulis, *perca*, *rana aquatica*. Ingrederentur quoque horum prædictorum facultatem *trutæ*, *funduli*, *thymallus*, ſeu *aſchia*, & *anguillæ*, verùm hìc loci vix non albô corvô rariores. Ex vegetabilibus noſtram admittuntur ad culinam: *cichoracea*, *endivia*, *acetoſa*, *petroſelinum*, *cochlearea*, *naſturtium*, *flores boraginis*, eáque vel juſculis incocta, aut etiam, ſed rarò in acetariis, in quibus tamen plùs ſit de oleo more Italorum, quàm aceto, *rapæ albæ*, *piſtacea*, *dactyli*, *amigdalæ*, *pineæ*, *mala limmonia*, verùm cum conſilio medici, *hordeum* bene præparatum, *ſemen fœniculi* & *anyſi*, conditum, *mala cidonia*, *roob fructuum cynosbati*: abſtinendum autem âb uſu *olerum* nimio, & *fructuum horariorum*, utpotè facile fermenteſcibilium, ac corruptibilium, maximè verò cavendum âb eſu *cucumerum*, quomodocunque præparatorum, *peponum*, ſeu *melonum*, *raphani*, *prunorum recentium*, *alliorum*, *ceparum*, *lactucæ valde acetatæ*, & omnium facilè putreſcibilium.

§. 8. Perceptâ nunc qualitate, & licentiâ eduliorum quæritur, utrùm ſub uſu thermarum *elixa* magìs, vel *aſſata* conveniant? ℞. id univerſaliter determinari non poſſe, ſed juxtà morbi, cauſæ morbificæ, ac temperamenti qualitatem decidi debere, morbis námqne lymphaticis, ſeu ſeroſis ex cauſa humida & frigida, ſive pituitoſa obortis magìs *aſſata*; biloſis verò, aut ex ſale volatili oleoſo, vel cauſa calida, & ſicca oriundis *elixa* magìs competunt, quod idem de temperamentis intelligendum, & cuivis prudenti medico diſcernendum relinquitur.

§. 9. Si verò diſceptandum proponeretur, num reſpectu curæ thermalis præſcindendo âb affectibus, eorumque cauſis, aliisque circumſtantiis magìs *elixa*, quàm *aſſata*, aut è contrà in diæta in uſum vocanda ſint, ego ſaltèm *elixa* præferrem *aſſatis*, eò quòd thermæ corpus ad copioſam diſponant diaphoreſin, quæ

liquidis magìs, quàm ſiccis reſarcienda, adeóque *humidis*, quàm *ſiccis*, *elixis*, quàm *aſſatis* indulgendum.

§. 10. Vinum, quod hìc optimum non tantùm, ſed & copioſum, ſanitatíſque maximoperè accomodatum, ſeligatur tenue, generoſum, optiméque defœcatum, non tamen oligoffe-rum, ut aquam admittat, *dilutum námque dulceſcit*, *creſcit*, *&* *lædere neſcit*, ſive ſit rubrum, ſive album, bibatur autem humanô modô, non verò helluonum inſtàr ad crapulam usque ingurgitetur, exulent vina nimìs acida, ſal acidum in corpore utpotè multorum morborum cauſam adaugens; cùm etenim vina dulcia ob ſal acidum occultum ſinu ſuo reconditum majori in quantitate potata graviſſimos nonnunquam excitent morbos, qui de vinis manifeſtâ præditis aciditate non metuendum foret? aciditas etenim vinoſa niſi probè ſub digeſtione ventriculi corrigatur, ac âb eſculentorum ſale volatili, alcalino cicuretur, tandémque in inteſtino duodeno â ſale volatili oleoſo bilis in ſalſum volatile transmutetur, quod ſæpiùs copioſam, & inordinatam vini ingeſtionem ſuccedere ſolet, vinum ſubcrudum, ſive potiùs ejus aciditas indomita ex ſtomacho in inteſtina hinc & vaſa lactea rapitur, mille mala ex acore vitioſo oriunda productura, & graviſſimis quandóque morbis anſam præbet; neque vina nimìs fortia laudantur, præſertim iis, qui debilitate ſtomachi languent, juxtà illud: *languenti ſtomacho ſunt vina potentia peſtis*. Hinc patet error illorum, qui â natura debilem nacti ſunt ſtomachum, & exiſtimant vinô fortiſſimô eidem addere robur, vina ſiquidem potentia plurimô turgent oleô, fermentum ſtomachi acidulum obtundente, aliter quidem ſe res habet ſtomachô phlegmate obductô, aut cruditatibus refertô, ubi vitrellum ſaltèm vini fortiſſimi, præcipuè ſi mucus comitem habet aciditatem vitioſam, fructu non privabitur. Præter vinum conceditur etiam cereviſia bene fermentata, & defæcata, tantillô lupuli condita. Poteſt etiam, pro re nata fieri decoctum ex *radicibus polypodii acetoſæ*, *ſcorzoneræ liquéritiæ*, *quinque apperientibus*, *herba acetoſellæ*, *acetoſæ*, *roriſmarini*, *ſemine*

*ſemine fœniculi, aniſi, paſſulis minoribus, ſantalo rabro, cynamomo &c.* juxtà morbi circumſtantiarum exigentiam.

§. 11. *Somnus & vigilia* quò ad vivimus, alternatim ſe invicem excipiant, neceſſe eſt, quorum utrumque ſuis non deſtituuntur emolumentis, *quod enim caret alterna requie, durabile non eſt*, vigiliæ verò noſtris peragendis ſerviunt muneribus, deinde ſomnô feliciùs conficiuntur cibi, præcipuè, ſi erreɛtô capiatur corpore, quod intelligendum de ſomno diurno in ſubſelliis peragendo, magìs námque ſitus iſte digeſtioni ciborum convenit, ſic ſentiente Ettmillerô. Similiter vires vigiliis, & laboribus exhauſtæ ſomnô reficiuntur, & reſtaurantur, graviora animi pathemata, & dolores eô conſopiuntur, & profligantur. Vigilia verò ad diſtributionem alimenti, reliquiarúmque, ſeu partium excrementitiarum, & inutilium â nutritione reſiduarum diſſipationem ob patulos tunc magìs in corpore poros aptiores eſſe ſtatuuntur, verùm utrúmque ſi modum exceſſerit malum, Hipocrates ſeɛt. 2. apho. 3. quod denuò repetit ſeɛt. 6. apho. 71. *ſomnus, & vigilia, utraque modum excedentia morbus*; vigiliæ quidem exceſſivæ corpus exſiccant, vires exhauriunt, acrimoniam humoribus conciliant: ſomnus verò protraɛtior naturales impedit evacuationes, cruditates accumulat, digeſtiones turbat, ſpiritus reddit torpidos, ſegnitiem cauſat, caput vaporibus replet, humiditates ſuperfluas congerit, totúmque enervat corpus, unde ſomnus, & vigilia moderate fiant, oportet; vitetur verò maximè ſomnus paulò antè ingreſſum ad thermas, & âb egreſſu usque ad paſtum, â prandio verò pro refocillatione aliquamdiu quieſcere præſertim aſſuetos non interdicitur, nè tamen nimiùm protrahatur, ſed unâ ſaltèm, aut alterâ horâ antè ingreſſum ad thermas absque tamen tumultu excitantium expergiſcant, conſultum eſt. Tempus ſomni noɛturni, quod concernit, tam exaɛtè ob circumſtantiarum diverſitatem præſcribi vix poteſt, protraɛtior tamen paululùm propter virium neceſſitudinem in cura thermali magìs ſuadendus eſſe videtur, præprimìs ſi bilioſo temperamento temperie correſpondet affeɛtus. Norma verò communis ſeptem ha-

bentur horæ, juxtà illud: *ſeptem horis dormiſſe ſat eſt Juvenique ſenique.* Interim, ût dictum, conſuetudini, temperamento, morbo, ac cauſæ morbificæ aliquid condonandum.

§. 12. *Motus & quies*, utrúmque ad ſanitatem neceſſarium: motu enim moderatô diſtriburio chyli promovetur, ſucci alimentitii, & ſanguis attenuantur, & ad motum circularem per vaſcula aptiores redduntur, fermenta acuantur, motus inteſtinus humorum, & calor naturalis augetur, excrementa eliminantur, hinc inculpata fit nutritio, tranſporatio promovetur, & corpus excrementitiis exoneratum â nutritione reliquis alacrius, & robuſtius evadit, multíque â corruptione nutrimenti procedentes morbi præcaventur, ſed nè quid nimiùm? medium tenuêre beati: motus enim violentus ſpirituum, & partium ſolidarum ſubſtantiam nutritivam exhaurit, vires debilitat, lippothymias cauſat, digeſtiones impedit, corpus pravis humoribus refertum accendit: humores enim noxii, qui antehac quaſi ſopiti quieſcebant, violentô reſoluti motu per univerſum feruntur corpus, ac fermentationes præternaturales, febres, & parti cuidam impacti, & recoägulati motum humorum vel in vaſis lymphaticis, vel ſanguiferis retardantes, tumores, inflammationes, dolores hæmorrhagios &c. excitant. Ad interiora verò regurgitans alvi profluvia, vomitiones, viſcerum obſtructiones, tormina ventris, & aliquando urinæ ſtillicidum, & dyſſuriam producunt, pro vario ſcilicèt eorum motu, quantitate & qualitate. Quiete refocillantur membra, regenerantur ſpiritus, nutritioni datur locus, compeſcitur efferus tam inteſtinus, quàm circulationis humorum motus, & omnia tranquillitati redduntur, cavendum tamen â vita ſedentaria, quo cruditates coacervat, circulationem ſanguinis retardat, tranſpirationem inſenſibilem coërcet, motum inteſtinum humorum reprimit, & corruptionem putredinalem inducit, unde Ovidius:

Cernis, ut ignavum corrumpunt otia corpus,
Ut vitium capiant, nî moveantur aquæ.

Conceditur itáque motus balneantibus antè, & poſt balneum ad nor-

normam ſuperiùs præſcriptam, moderatus ſcilicèt, hinc & quies, cavendo tamen â vita omninò ſedentaria, interpoſita námque quiete vires vigorantur, diſpendium ſpirituum motu forsàn violentiori factum denuò recompenſatur.

§. 13. Motu quoque peccant excreta, & retenta, humores videlicèt tam excrementitij, quàm utiles, illi quidem retentione, hi verò excretione potiſſimùm, tum ſcilicèt ea, quæ excerni deberent, retinentur, qualia alvi excrementa, urina, particulæ excrementitiæ nutritioni ineptæ, mucus narium &c. excretione verò peccant ea, quæ retinenda eſſent, ùt ſuccus nerveus, ſanguis, lympha, ſuccus nutritius &c.; quemadmodùm enim inutilium rejectione â morbis præſervamur, ità utilium deperditione ſemper debilitamur, & varia incurrimus incommoda, excrementa quidem qualiacunque retenta, corpus impuritatibus deturpant, cephalalgias, & vertigines inducunt, functiones animales, & naturales turbant, utiles verò humores ſi rejiciuntur, corpus enervant, actiones animales lædunt, inde cruditates generantur, calor nativus hebetatur, unde natura â conflictu contrà morbos deſiſtit. Fiunt autem excretiones per alvum, veſicam, poros cutis, glandulas pituitarias, narium &c. quibus reluctantibus quomodo remedendum? ex præcedenti capite liquet, ſtudeant itáque balneantes excernenda eliminari, per alvum quidem clyſteribus, vel per os aſſumptis ſuperiùs dictis, per veſicam pro diverſitate cauſarum: diureticis, anodynis, & aperitivis; per tranſporationem, ſeu cutis poros, glandulasvè miliares ſudoriferis, ſeu diaphoreticis; per glandulas pituitarias ſternutatoriis, aut aliis naſalibus reſolventibus, & deopilativis, quibus nonnunquam ſufficere poteſt aqua thermalis.

§. 14. *Animi patemata*, ſeu paſſiones animi, ratione objecti grati, vel ingrati variè ſe habent, variósque in ſpiritibus excitant motus ad ſanitatem, vel morbum tendentes, his námque ſanguis variè commotus, aliæque partes corporis conſtitutivæ vix non millenas ſubeunt alterationes, nimirùm â ſpirituum effuſione,

effibratione, fixatione, aut concentratione oriundas, ex grato quidem objecto emergit gaudium, amor, lætitia, hilaritas &c.; ex ingrato verò triſtitia, odium, terror, timor, ira, indignatio &c., quorum prima, ſive priora omnibus ſanitatem tuentibus omni ſtudiô amplectenda ſunt, poſteriora verò angue pejùs fugienda eſſe, ratio & experientia dictat, quamvìs non tantùm hæc, ſed & illa excedentia modum gravia nonnunquam damna, imò ipſam etiam mortem corporibus inferre nata ſint, nihilominùs gaudium, amor, lætitia, & hilaritas pondere comprobata omnibus, præſertim curam thermalem ſubeuntibus ſpe ſimul adjunctâ, ſummô ſtudiô procuranda ſunt, his namque ſpiritus vitales, & animales ad ſubigendam cauſam morbificam, acuendamque particularum mineralium thermas ingredientium virtutem, & operationem animantur, & alacriores redduntur, triſtitiâ, mœrore, & timore verò figuntur, & inertes fiunt, quò minùs operationes ſuas excurſione neceſſariâ peragere poſſint. Inde eſt, quòd partes iisdem deſtitutæ thermarum reſpuant energiam, natura enim morborum medicatrix: cujus inſtrumenta ſunt ſpiritus, remotâ per medicamenta causâ morbificâ, omníque operationis ſuæ obſtaculô, vigore ſpirituum morbum ſubjugare nititur; deficiente verò, vel interceptô vitali ſtimulô particulæ thermarum energeticæ enixæ quaſi redduntur, partibúsque impactæ longè abeſt, ut emolumentum afferant, quin potiùs, aut ſinè operatione debitâ transeant, vel omninò detrimento ſint, fruſtrà etenim, & incaſſum abſtinente â cooperatione natura manus porrigitur medica.

§. 15. Peractâ tandem cum gratia Divina in aquis noſtris â Deo gratìs nobis datis juxtà leges præſcriptas, ordinatúmque methodum curâ thermali Deo ter optimo, qui locum iſtum tam ſalutiferis beavit aquis, debitæ agendæ ſunt gratiæ, nè ipſis deteriores ſimus beſtiis, utpotè de quibus, ùt ex ſacris Iſaiæ 34. cap. verſ. 30. ſacer textus meminit his verbis: glorificavit me beſtia aquæ, dracones, & ſtrutiones, quia dedi in deſerto aquas. Aut

nè

nè ingratitudinis cum novem leproſis Lucæ cap. 17. arguendi ſimus, videlicèt, quòd non ſit inventus, qui rediret, & daret gloriam Deo. Tanti beneficii grati ſimus cum ſamaritano alienigena, ut mereamur audire ſuave illud verſ. 19. ſurgé, vade, quia fides tua te ſalvum fecit; benedicamus itáque per ſingulos dies Domino, & laudemus nomen ejus in ſæculum. Pſal. 144. & narremus mirabilia ejus, quia ſanavit omnes infirmitates noſtras. Pſal. 102. & renovavit ùt aquilas juventutem noſtram, perfecit pedes noſtros tanquam cervorum. Pſal. 17. noſtrásque manus ad prælium docuit, dilatavit greſſus noſtros ſubtùs nos, & non ſunt infirmata veſtigia noſtra. Pſal. 17. verſ. 37. proptereà confitebimur tibi in nationibus Domine, & nomini tuo Pſalmum dicemus verſ. 50. quia circumdederunt nos dolores. Pſal. 17. verſ. 5. & in tribulatione noſtra te invocavimus, exaudîſti de templo ſancto tuo vocem noſtram, & ex omnibus tribulationibus noſtris eripuiſti nos, tranſivimus nunc per ignem & aquam, & eduxiſti nos in refrigerium. Benedictus itáque Deus, qui non amovit orationem meam, & miſericordiam ſuam â me. Benedic anima mea Domino, & omnia, quæ intrà me ſunt, nomini ſancto ejus. Benedic anima mea Domino, & noli oblivisci omnes retributiones ejus. Pſal. 64. & 102. quia ſuſtulit aqua tribulantes nos, & unus ex iis non remanſit; potavimus in ſiti ſanitatis, & de fructu operum tuorum ſatiati ſumus. Benedictus Dominus Deus Iſraël propter beneficia nobis retributa â ſæculo usque in ſæculum, Amen.

CAPUT

# CAPUT XXI.

## Brevis admonitio, quid abſolutâ totius curæ periodô obſervandum ſit?

HActenùs de thermarum Budenſium viribus, ac methodico earum uſu tam interno, quàm externo tractavimus, ſupereſt nunc, ut de iis pro complemento breviter quædam attingamus, quæ abſolutâ & peractâ balneandi, potandíque periodô in diſceſſu ex thermis, ac ad propria redeuntibus, balneantibus ſanitati reſtitutis obſervanda ſint.

§. 1. Solent plerúmque convaleſcentes peractô lavationis, aut potationis tempore medicum ordinarium loci de futura viæ ratione ſciſcitari, quibus ut ſatisfiat, præprimis obſervandum, utrùm omninò tempus balneationis, quod pro ratione cauſæ morbificæ, & morbi multifariè protrahitur, aut abbreviatur, morbo ſuo competens ſuppleverit? quodſi minùs, dimittendus non eſt æger; eóque minùs, ſi exantlemata, ſeu excretiones cutaneæ eruperint, ſed adhortandus ad continuationem lotionis.

§. 2. Sin verò temporis curæ præfixæ terminum compleverint, nihilominùs optatus plenariè nondum ſecutus ſit effectus, corpore nimirùm adhuc languidô exiſtente, recurrentibus ſubinde ſymptomatibus morborum, ob quem thermas ingreſſi ſunt, concomitantibus, quod aliquando in aquarum mineralium uſu evenire ſolet, & poſt unum, alterumvè Menſem regulariter adhuc viventes, tum primò earum perſentiſcunt effectus; ac nutui eorum correſpondentes, operationes, hinc taliter affecti, neque credant ſe oleum & operam perdidiſſe nec de ſanitate obtinenda deſperent, ſed de diæta impoſterùm ad tempus aliquod obſervandæ per medicum ordinarium inſtructi,

unâ cum medicinis hunc in finem præſcriptis meliora ſperantes, aut in loco thermarum perſeverent, quod quidem conſultiùs eſſet, aut diutiùs in loco morari recuſantes, paulatìm tempore ſerenô, & tranquillô itineri ſe accingant, domúmque in regionem ſuam vitatô, quantùm poſſibile eſt, aëre pluviosô, & nebulosô, ſe conferant.

§. 3. Nec ii, qui integrâ ex thermis hauſtâ gaudent valetudine, in cibos, & potus quoscunque, nîl mali ampliùs verentes, effræni quaſi, & indomiti profundantur, ne corpore denuò plenitudine & cruditate aggravatô, ventriculô, humorúmque craſiâ non dum ſufficienter firmatis, vel recidivam patiantur, vel etiam pejora priſtinis incurrant mala, quæ deinde in innocentes refundunt thermas, & neſcio, quibus contumeliis execrantur, atque vel in qualitates exceſſivas, vel nimiam unius, aut alterius mineralis invehuntur copiam, ineptiíſque ingratis, juxtà intellectûs ſui modulum in ordinationem medici debacchantur, cùm tamen potiùs errori eorum in diæta commiſſo tribuendum ſit fatum, ac in proprium redundandum caput, hinc ſuadendum ſeriò, ut per unum, aut alterum Menſem ſucceſſivè tantùm ad priorem, & conſuetam vitæ transeant rationem, ubi natura ſuis confirmata æconomiis, reſtitutíſque in integrum fermentis viſcerum non ità facilè corpus in morbum relabi ſinit, locúmque tunc habere poterit illud Celſi lib. 1. de re medica cap. 1mô. *Janus homo, qui & bene valet, & ſuæ ſpontis eſt, nullis ſe obligare legibus debet, neque medicô, neque jatroleptâ eget*; id eſt: nullis ſtrictis diætæ legibus ſe alliget, ſed ſuâ libertate utatur, aliàs *medicè vivere eſſet peſſimè vivere*: Non tamen perinde cogitandum, ſanis omnia licere, licèt etenim ſepoſitô qualitatis reſpectu non adeò promptè incurrant morbos, ingluvies tamen cruditatum mater, & ſanis, ægris, & convaleſcentibus ſanitatem ſuam tuentibus, omni, quo poſſunt, modô evitanda eſt, ſiquidem plures gulâ, quàm gladiô periêrunt, ſæpéque mors in olla, poculíſque delituit, éſtque natura paucis con-


tenta,

tenta, horret autem infarctiones, tam per liquida, quàm ſolida, quibus ultroncé appetitûs ingeſtis digerendis, & concoquendis par eſſe non poteſt, unde cruditatum congeries morborum anteſignana, utpotè ex qua, quemadmodùm ex cornu pandoræ, mille prodeunt morborum monſtra: ſit itáque ſanitatis ſtudium non ſatiari cibis, ſint denique memores ſanitatis ſuæ cuſtodes illius ſalutaris moniti, quô Chriſtus in piſcina probatica ſanitati reſtitutum, ac in templo ſibi obvium allocutus eſt: *ecce ſanus factus es, jam non ampliùs peccare*, nè deteriùs tibi aliquid contingat, & ità tandem vivant, ut incolumes vivant, ac ſanitatem ex aquis noſtris ſalutaribus recuperatam ſummô tueantur ſtudiô, & ſani facti ſuam curent valetudinem, quam ego cum benedictione Divina omnibus, & ſingulis ſalutem ex thermis quærentibus cordialiter exopto, utpotè quæ unica poſt Deum hujus mei laboris cynoſura eſt, &

# FINIS.

ELEN-

# ELENCHUS RERUM.

Numerus primus Caput, ſecundus §., tertius Paginam deſignat.

## A.

Accidum non eſt Cauſa frigoris in aquis medicatis, Cap. IV. §. 13. Pag. 26.
Aciditas exaltatis & terreis rarefactis debetur periculis, VI. 8. 39.
Acidulæ floribus roſarum rubris ſuperfuſæ decoctione vireſcunt. X. 13. 63.
Aër diverſimode corpora alterat, XX. 3. 11.
Budenſis eſt ſalubris, ibidem.
Aër gravitat etiam in loco proprio, I. 8. 4.
Aër ſalubris vel inſalubris quomodò conſtitutus eſſe debet, VI. 13. 41.
Affectus bilioſi & melancholici à nonnullis ex uſu thermarum excluduntur, XVI. 2. 111.
Ægroti temere non ſunt cogendi ad potationem, XVII. 12. 124.
Æquinoctiali ſub linea citò putreſcunt omnia, Cap. VI. §. 5. Pag. 36.
Alcalia ſalis univerſalis prompta receptacula, III. 1. 20.
Alcalina Sulphurea cum acidis effervescentia intenſum ſatis concitant calorem, IV. 9. 25.
Aluminis definitio, Cap. XIII. §. 20. Pag. 89.
Ejus uſus Nedicus, XIII. 21. 22. & 23. 89. & 90.
Alumen prohibet ne humores & ſpiritus cum Virium jactura nimium diſſipentur, XIV. 21. 98.
Aluminis geneſis, II. 15. 14.
Alvi conſtipationis cauſa & remedia, XIX. 15. 139.
Ambra ubi generetur, V. 4. 29.
Animale Regnum in tres claſſes dividitur, XX. 7. 144.
Ex animali Regno quæ ſint facilis digeſtionis, XX. 7. 144.
Animi patematum beneficia & noxæ, XX. §. 4. 142.
Animalcula varia ex aquis putreſcentibus, V. 5. 30.
Appetitus proſtrati cauſa & remedia. XIX. 12. 138.
Aqua ſalſa dulci eſt gravior, I. 5. 3.
Aqua Marina ſalſedinem ſuam per loca arenoſa decurrens amittit, I. 12. 6.
Aqua ſuæ terræ juncta è ſtatu liquiditatis digeſtione naturæ tendit in ſtatum ſoliditatis, II. 5. 9.
Aqua & terra vulgaria non ſunt elementa

menta homogenea & ſimpliciſſima, Cap. II. §. 6. Pag. 10.
Aqua pluvialis plus fæcundat quàm fluviatilis, VI. 11. 40.
Aqua extinctionis ochræ decocto gallarum præcipitatut, X. 11. 62.
Aqua thermalis calore ſolis aliquantùm evaporata ſub-acidum contrahit ſaporem, X. 32. 75.
Aqua thermalis ad ſiccitatem evaporata in margine vitri ſal ſalſum ſeponit, X. 32. 75.
In medio terra calcinea invenitur, ibidem.
Lateribus vitri quaqua versùm pulviſculus albus non nihil ſalſus adhæret, X. 32. 75.
In ſuperficie aquæ evaporantis pelicula multiformis iridis adinſtar coloris concreſcit, ibidem.
Saporis eſt nullius, odoris verò nonnihil ſulphurei, ibid.
Aqua thermalis cocta præter albam terram & ſabuloſam omni ſapore & odore deſtitutam vix quidquam ſuggerit, X. 32. 76.
Aqua thermalis ad medietatem deſtillata injecto alcali colore tingitur aureo, X. 33. 76.
Aqua thermalis conglaciata materiam ſalinam fundo & lateribus vitri affigit, X. 35. 77.
Aqua thermalis vaporata præcipitat argentum in aqua forti ſolatum, X. 37. 77.
Aqua calcis vivæ cum ſulphureis aut ſalinis ſubjectis externè & internè dhibetur, XIII. 40. 94.
Aquæ copia reluctationem ſalium impedit, Cap. XIV. §. 7. Pag. 97.
Aquæ noſtræ rariſſime offlorenſcentiam cutis producunt, XIV. 13. 99.
Aquæ minerales ſine lege & methodo non ſunt potandæ, XVII. 2. 121.
Aquas ex ipſa haurire ſcaturigine præſtat, XVII. 20. 126.
Aqua non evacuata cathareticis aut diureticis eliminanda, XVII. 13. 124.
Aquis in decurſu potationis ſubſiſtentibus clyſteribus agendum, XVII. 14. 124.
Aquæ altiſſimorum montium vaſtigia ſcandunt, I. 11. 6.
Aquæ fontonæ fluviariles conſtant ex particulis heterogeneis, II. 7. 10.
Aquæ minerales per terram ſalſam colantur, II. 21. 17.
Aquæ minerales reductione non verò generatione mineralium opus habent, II. 24. 19.
Aquæ dulces in decurſu aquis medicatis affuſæ eas frige faciunt, IV. 12. 26.
Aqua vadit quò eam vocant ſemina, V. 4. 29.
Aquæ lapideſcentes, V. 7. 32.
Aquæ thermalis accidentia, X. 16. 65.
Argentum aquis thermalibus Cæſareis aliquamdiu imerſum colore tingitur aureo, X. 13. 63.
Artus quomodo ad laconicum diſponendi, XVIII. 9. 123.
Argentum cum Mercurio digeſtum In Cymas excreſcit, II. 5. 9.

Argentum intra Menſis ſpatium in fodinis generatum, Cap. V. §. 10. Pag. 34.
Ætas ad thermas aptiſſima, XVI. 4. 112.
Aureæ particulæ ſcintillantes inventæ, X. 22. 67.

## B.

Balueantibus vitanda, XVI. 13. 116.
& obſervanda, XVI. 14. 116.
Balneo in actuali vitanda, XVI. 17. 117.
Balneantibus utrùm elixa magìs vel oſſata conveniant? XX. 8. 145.
Deciſio hujus quæſtionis, XX. 9. 175.
Balneantes ſucceſſivè imergendi, XVI. 16. 117.
Balneantibus in egreſſu exthermis obſervanda, XVI. 18. 119.
Balneantes & potantes medicamentis pharmaceuticis non ſunt obruendi, quamvis nonunquam requiratur manus medica, XVII. 21. 126.
Bilioſi & Melancholi an thermas noſtras ſine metu ingredi poſſint, XVI. 2. 111. & 112.
Bituminis definitio & differentia, XIII. 29. 91.
Uſus Medicus, XIII. 30. 31. 91.
Borracis geneſis, II. 15. 14.
Buda unde ſit dicta, VII. 1. 44.
Bugæ ſitus, VII. 3. 36.
Budæ nihil deeſt ad vitam jucundè & ſanè tegendam, VII. 5. 47.
Butyri naturalis ex lacte præparatio. tio. Cap. XII. §. 3. Pag. 84.

## C.

Calcis cum aliis variis mixtura varias nanciſcitur virtutes Medicas, XIV. 14. 99.
Calor actualis aquarum thermalium meatus cutaneos rarefaciendo particulis medicatis viam ſternit, XIV. 12. 99.
Calor eſt duplex eſſentialis & accidentalis, IV. 1. 22.
Calor produci poteſt in decurſu aquarum à variis particulis heterogeneis ſui juris factis, IV. 10. 25.
Capitis doloris cauſa ejuſque remedia. XIX. 4. 132. & 133.
Cautum eſſe oportet ſcrutatorem áquarum mineralium, XI. 7. 82.
Cautella in cibus ſumendis, XX. 6. 143.
Celſus phthyſcios miſit in Ægyptum. VI. 15. 44.
Cibus & potus modô præpoſterô ingeſtus nocet, XX. 4. 142.
Ciborum qnantitas juxta appetitum & tollerantiam ponderanda eſt, XX. 6. 143.
Clyſter ex aqua thermali, XVII. 14. 124.
Conſueta inſuetis minus lædere ſolent, XX. 1. 141.
Concoctionem promoventia & retardantia, XVI. 15. 117.
Conſuetudinis vis & exemplum, II. 1. 7.
Corallorum generis, V. 4. 30.

Corporis humani conſtitutiva in triplici ſunt differentia, Cap. XV. §.2. Pag. 101.
Corporis humani continentia & contenta, XV. 3. 101.
Corporis diſpoſitio præcedat uſum thermarum, XVI. 12. 115.
Cryſtalli in caſtellis præſertim thermarum Cæſarearum ad baſim lapidum lignorúmque examini ſubjiciuntur, X. 23. 68.
Cryſtalli naturales ignis tenturæ reſiſtenees, X. 23. 68.
Cryſtalli artificiales nullô igne exterminabiles, X. 24. 68.
Cruſta calciformis aquæ ſtagnanti ſuper incumbens quid ſit? X. 27. 70.
Cutis exaſperatio & corrugatio aluminis præſentiæ indicium eſt, X. 18. 65.
In cutis effloreſcentiis cautella, XIX. 11. 138.

## D.

De compoſitionum artificialium varia exempla, II. 16. 15.
De compoſita ſui ſubjecti priſtini ſeminium & vires plerumque ſecumferunt, II. 17. 16.
Defluxionis ex capite laura & remedia, XIX. 8. 135. & 136.
Deliquii animi cauſa & remedia, XIX. 7. 134. & 135.
Deo abſolutâ curâ thermali agendæ gratiæ, XX. 15. 150.
Deſtillatio & evaporatio non ſufficit ad examen thermarum, XI. 5. 81.
Diætæ balneantibus obſervanda, XVI. 7. 114.
Diæta perverſa Turcarumque frameæ Germanis viam ad mortem ſtraverunt, Cap. VII. §.5. Pag. 48.
Diæta prodeſt ad vitam longam, XX. 2. 141.
Diæta abſolutâ curationis periodô ad tempus obſervanda, XXI. 2. 152.
Duplex medicamentorum finis, XV. 2. 100.

## E.

Efferveſcentia in ſubjectis alcino-terreo ſulphureis In thermis producit calorem, IV. 10. 25.
Efluvia Mercurialia & ſulphurea in terræ viſceribus undique obſervantia perpetuitati aquarum mineralium ſtabiliendæ inſerviunt, V. 6. 31.
Egenorum potationis methodus, XVII. 19. 126.
Elementa pura & ſimpliciſſima ſunt fulcra naturæ ſtabilia irreſolubilia, II. 6. 10.
Embrocha ſeu ſtillicidium quid ſit: XVIII. 2. 127.
Embrocha ſeu ſtillicidium quomodo adhibetur? XVIII. 3. 128.
Quibus adhibendum? XVIII. 4. 128.
Quibus partibus cum ſecuritate majori convenit? XVIII. 5. 129.
Ens univerſale aëreum Medico contemplandum, VI. 15. 43.
Errore in diæta commiſſô innocentes non accuſaudæ ſunt thetmæ, XXI. 3. 153.
Eſculenta ex duplici Regno deſumuntur, XX. 7. 144.

Eſſentia rerum quinta, Cap. VI. §.14. Pag. 43.
Evaporatione lenta aquæ thermalis quidnam invenerim? X. 36.70.
Exceſſus aecidi in fontibus minerali-bus cauſa eſt frigoris, IV. 11. 26.
Excrementorum mineralium aqua-rum Budenſium ennumeratio; X. 19. 66.
Excretorum & retentorum vitia eo-rumque medella, XX. 13. 149.
Exemplum Circulationis aquarum, I. 5. 3.
Exemplum gravitationis aëris in ther-mo metro, I. 9. 5.
Experimentum mirabile de rore ægyptiaco, VI. 11. 40.
Experimentum de reſpirationis neceſ-ſitate, VI. 13. 42.
Ex vittiolo communi fit mediante aë-re Mercurius, X. 29. 72.

## F.

Faſtidio & inflationibus potationi ſu-pervenientibus quid faciendum, XVII. 15. 124.
Fæces ſub diu ex aqua thermali ſubſi-dentes in emiſſoriis fætent, IX. 16. 56.
Febrium Cauſa & medella, XIX. 16. 140.
Florum ſulphuris naturalis ſublima-tio, X. 25. 69.
Flores ſulphuris naturalis deſtillati ſpiritum acidum ſpiritui ſulphuris ſimilem fundunt, X. 26. 70.
Flores ſallo-urinoſi figuram nitri refe-rentes, X. 26. 70.
Saporis & odoris nullius præ-diti, ibidem.
Fluvii auriferi quomodo fiant, V. 6. 31.
Earum nomina recenſentur, V. 6. 31.
Fons mirabilis, IV. 14. 27.
Fontes medicatos omnes originaliter ſtatuunt quidam eſſe calidos, IV. 12. 26.
Fontes ex Mari prodeunt & in flumina collecti mare repetunt, I. 2. 1.
Fotus ſive per lutum ſive per aquam quibus in affectibus uſuveniat? XVIII. 11. 130.

## G.

Gulâ plures quam gladio pereunt, XXI. 3. 153.

## H.

Herba ex aqua Marina genita, V. 4. 30.
Hermetis tabula Smaragdina, VI. 7. 38.
Humidum radicale & calidum inna-tum invenitur in omni corpore, VI. 7. 38.
Humores, deficientes deſtituuntur, XV. 14. 105.
Nimium calidi refrigerantur, XV. 15. 106.
Frigidi caleſiunt, XV. 16. 106.
Tenaces & viſcidi & attenuan-tur, XV. 17. 107.
Humorum motus præpoſterus inver-titur, XV. 18. 107.

Humo-

Humores vitioſi, Cap. XV. §. 5. Pag. 101.

Hungariam non eſſe Germanorum tumulum niſi limitatè ſumptam, VII. 5. 48.

## I.

Ignis actualis denegato aëre ut ſpiraculo aut extinquitur vel clauſtri impatiens omnia perfringit, IV. 2. 22.

Ignem actualem in montibus ignivomis quidam negant, IV. 3. 23.

Ingluives cruditatum Mater, XII. 3. 84.

In aquis mineralibus putreſcentibus diſſolutis concreti vinculis, mineralia ſponte ſua à ſe invicem ſecedunt, XII. 2. 83.

Injectio aquæ thermalis quibus affectibus conveniat? XVIII. 10. 130.

Ingredientia partim ſunt fixa partim volatilja, XI. 4. 81.

Ingredientia thermarum ſub Monte Sancti Gerhardi, XI. 3. 80.

Civilium, ibidem.

Raſcianicarum, ibidem.

Cæſarearum, ibidem.

Hoſpitalium ſeu in Civitate aquatica, ibidem.

Initia rerum duplicia ſunt, II. 4. 9.

In ſubterraneis eſt ſal Alcali & acidum, atque ex utroque reſultans ſalſum, XIII. 2. 85.

Intemperies partium frigida & humida, XV. 9. 101.

Invocatio auxilii divini neceſſaria, XVI. 10. 115.

## L.

Laconicum ingreſſuro quid faciendum, XVIII. 8. 130.

Lymphæ vitiis ſuccurrit, XVIII. 6. 129.

Modus adhibendi, XVIII. 7. 129.

Lapis calcarius non eſt cauſa caloris thermarum, IV. 5. 23.

Lapis calcarius quodammodo concurrit ad productionem caloris thermarum, IV. 10. 26.

Lapides perſpicui & pretioſi aquæ ſunt fructus: V. 4. 30.

Lapis ruber fortiſſimè calcinatus ſuperfuſâ aquâ ſimplici intenſiſſimam cum æſtu concipit efferveſcentiam. X. 14. 64.

Lapis Ruber de ſulphure participat. X. 14. 64.

Quod putrefactum argentum aureo tingit colore, ibidem.

Lapidis calcarii definitio ejus ſulphuris uſus medicus, XIII. 32. 92.

Uſus Chirurgicus, XIII. 36. 37. & 38. 93.

Ejus ſpiritûs uſus in affectibus calcuoſis & aliis, XIII. 39. 93.

Lapidis calcarii in thermis noſtris præſentia, X. 21. 66.

Lapidis calaminaris definitio & differentia, XIII. 41. 94.

Uſus Chirurgicus, XIII. 42. 94.

Lapis calaminaris facultates ſpirituum minera-

mineralium concentrando incendit, Cap. XIII. §.43. Pag.94.
Lapis calcarius ſpiritu ſalis de ſtatu fixitatis reducitur in medium inter fixum & volatilem, XIV. 9. 98.
Laſſitudines auferuntur, XV. 10. 104.
Laſſitudinis cauſa & remedia, XIX. 6. 134.
Limpitudo tranſparens aquarum mineralium puritatem & penetrantiam denotat, X. 18. 65.
Liquidum & humidum in aquæ æthimologiam recipitur, II.5.9.
Liquor lacteus ex rupe profluens, X. 9.61.
Lunares radii aquæ æmulantur naturam, VI. 6. 38.
Lunæ radii in cono concentrati frigidi percipiuntur, VI. 5. 37.
Luti nigri & viridis deſtillatio, X.28. 71.
Lutum nigrum medetur ulceribus, XVIII. 12. 131.

M.

Mare circa ſuperficiem eſt ſalſum circa fundum verò dulce, I. 5. 3.
Mare circa fundum bituminoſis & viſcoſis particulis refertum eſt, I. 6. 4.
Has particulas aqna ſalſa, licèt gravior, permeare nequit, ibidem.
Exemplum hujus in vino dulci & auſtero, ibidem.
Medici officium, X. 3. 59.
Medicum debere eſſe cautum in conbinatione ſimplicium, XIV. 2. 96.
Medicus incaſſum ſinè Diæta ægrotanti porrigit manum, Cap.XX.§.2. Pag. 140.
Medicorum ſolers induſtria, XVIII. 1. 127.
Medicus peracta cura thermali de futura vitæ ratione ſciſcitatur, XXI. 1. 152.
Medicina inculpata, X. 5. 40.
Medicamentorum officium ſummatim proponitur, XV. 8. 102.
Medulla lapidum in Monte S. Gerhardi effloreſcit, II. 11. 12.
Mercurius Philoſophorum eſt materia generationis metallorum & ſimul eſt cauſa corruptionis eorum, V. 8. 33.
Mercurius ſublimatus cum Martis limatura tritus affuſa aquâ ſimplici intenſum concipit calorem, II. 21. 17.
Metalla & mineralia in aquas medicatas reſoluta denuo regenerantur, V. 3. 29.
Metalla reduci poſſunt in vitriolum ſui generis, II. 13. 14.
Metalla & mineralia ex aqua ſui generis produci non adeo abſonum, II. 3. 8.
Metalla reducuntur in primam ſuam materiam principio mercuriali, II. 14. 14.
Metalla & mineralia in liquamen vitriolicum reducta aquas redd unt medicas, II. 23. 18.
Methodus balneandi, XVI. 15. 116.
Methodus utendi vera in applicatione pharmacorum ſummè neceſſaria. XVI. 1. 110.

Minera vitriolica cum gallis non ſupeditat atramentum niſi de tinctura ferri vel cupri participet, Cap. X. §.10. Pag. 62.
Mineralia ſola accretione generantur, V. 10. 34.
Mineralis materia ex flavo vireſcens ceræ ad inſtar maluxabilis, X. 37. 78.
In calore non fluit, in aëre vero frigido & humido reſolvitur, ibidem.
Mineralium mixtura bene ponderenda, XIV. 5. 97.
Mineralium thermas noſtras ingredientium amicitia & in conpatibilitas perpendenda, XIV. 5. 97.
Mineralium congreſſu aquarum Virtutes augentur & multiplicantur, XIV. 8. 98.
Mineralium concinna in noſtris thermis mixtura, XIV. 16. 100.
Mixturam ex elementorum conbinatione primò reſultantem eſſe ſalinam, II. 3. 8.
Modus aſſumendi cibum & potum, XX. 5. 143.
Morborum triplex differentia, XV. 4. 101.
Morborum conditio conſideranda, XVI. 2. 111.
Morbi quales potatione curandi, XVII. 16. 125.
Motus eſt duplex localis & inteſtinus,
Motûs & quietis beneficia atque vitia, XX. 12. 148.
Mucilago parietibus & aſſeribus &c. adhæreſcens examinantur, X. 22. 67.

## N.

Natura paucis contenta, Cap. XXI. §. 3. Pag. 153.
Natura per eos deſcendit gradus in reſolutione corporum, per quos aſcenderat in productione, II. 23. 18.
Nitri Geneſis, II. 15. 15.
Nitrum calcarium thermas ingreditur, X. 21. 66.
Ejus indicia, ibidem.
Nitri definitio & Genealogia atque differentia, XIII. 10. 86. & 87.
Ejus præſtantia in foro medico, XIII. 11. 87.
Primæ qualitates, XIII. 12. 87.
Habetur à nonnullis pro materia lapidis Philoſophici, XIII. 11. 87.
Deſtruit corpora metallica, XIII. 12. 87.
De qualitatibus primis ejusdem variæ ſententiæ, XIII. 13. 88.
Conſtat ſale duplici, XIII. 14. 88.
Non eſt adeo ſulphureum, XIII. 15. 88.
Cur corpora deſtruat mettallica, XIII. 16. 88.
Ejus uſus medicus, XIII. 17. 18. & 19. 88. & 89.
Nociva thermis utentibus, X. 6. 60.
Nutrimentum trino in Regno, minerali, vegetabili, & animali eſt liquidum, II. 3. 8.

## O.

Obſtructiones reſerantur, Cap. XV. §. 19. Pag. 108.
Ochra flava in terra Budæ contermina reperra calcinata rubeſcit externè, internè verò nigreſcit, X. 10. 62.
Ochram noſtram eſſe aluminoſam, X. 11. 62.
Ochræ Definitio & lapidificus effectus, XIII. 47. 95.
Uſus medicus, XIII. 48. 95.
Occultus vitæ cibus, VI. 9. 39.
Odor ſulphureus reſoluti ſulphuris aut communis aut mineralium indicium præbet, X. 18. 65.
Odor gravis ſulphuri impuro ſuavis verò puro tribuitur, X. 28. 72.
Ofen unde dictum, VII. 1. 49.
Ordo balneandi obſervandus, XVI. 17. 118. & 119.
Oſores artis ſpagyricæ producta artis in compoſitis præextitiſſe negant, XII. 1. 82.

## P.

Patientis officium, X. 4. 59.
Partium ſolidarum vitium, XV. 6. 102.
Phlogoſes quomodo cauſentur & curentur, XIX. 10. 137.
Hypocondriacis & hytericis commune ſymptoma, ibidem.
Sunt ſignum expellentis naturæ, ibidem.
Phthyſicos ablegavit Galenus ad Montem Thabias, VI. 15. 44.
Phthyſici & viribus enervati ab uſu thermarum abſtineant, Cap. XVI. §. 2. Pag. 111.
Piſces in aquis calidis Viventes, aquæ frigidæ injecti pereunt, VIII. 5. 50.
Piſcinæ relaxatis repagulis thermæ Cæſareæ & Hoſpitales aquâ carent, IX. 18. 56.
Pondus aquæ Marinæ & vis aëris elaſtica cauſa eſt Circulationis aquarum, I. 4. 2.
Potationi præmittenda, XVII. 7. 122.
Potationis Methodus, XVII. 8. 122.
Principia Chymicorum vulgaria in lympidum reduci poſſunt liquorem, II. 8. 11.
Principia Mineralium in forma fumi aut effluviorum liquidorum ſubterranea pervadunt, II. 1. 7.
Principia Chymica non ſunt ſulphur commune neque ſal culinare nec Argentum vivum vulgi, II. 13. 13.
Principio Mercuriali pro varia ſubjecti habitudine varia producuntur mixta, II. 14. 14.
Principia rerum per omnem Mundi plagam diffunduntur varia forma larvata, V. 2. 29.
Principium generationis Mineralium & Metallorum eſt aqua Mercurialis ſulphurea tamquam materia propinqua, V. 5. 31.
Purgatio ſeu laxativum uſui thermarum interponendum, XVI. 19. 120.

## R.

Radii ſolares & lunares in aëre ſe invicem amplectuntur & ens ſalino

lino-balſamicum componunt, Cap. VI. §.14. Pag. 43.
Rana in mucilaginem reſoluta, VI. 5. 37.
Ratio aducitur cur quarumvis thermarum examen ſpeciali capite non tradiderim, XI. 8. 82.
Rebis quid ſit, V. 5. 30.
Reſtauratores thermarum, VIII. 6. & 8. 50. & 51.
Robuſtis quantum potandum? XVII. 9. 123.
Rubino deeſt principium Mercuriale ad conſtitutionem auri. X. 33. 76.

## S.

Sal univerſale ſulphureum eſt, III. 1. 20.
Sal ex Capite Mortuo terræ nigræ ſubviridis in aëre ſolvitur in aquam limpidam quod Oricalcum colore argenteô tingit, X. 29. 73.
Sal ſalſum à deſtillatione aquæ copioſum in fundo vitri invenitur præcipue in thermis Cæſareis, X. 34. 76.
Sal acidum & Alcali quid ſit? XIII. 3. 85.
Sal ſalſum ex acido & alcali Diüreticum eſt, XIV. 14. 99.
Salia acida & alcalia ſoluta & commiſta effervеſcunt, IV. 9. 25.
Salia alcalia ſulphuribus mineralibus amica, III. 1. 20.
Salia non agunt niſi reſoluta, IV. 8. 24.
Salis ſalſi differentia, XIII. 5. 85.
Salis ſalſi compoſitio artificialis, XIII. 4. 85.
Salis ſalſi neceſſitas & uſus ſeu utilitas, Cap. XIII. 6. Pag. §. 86.
Ejus uſus medicus, XIII. 7. 8. & 9. 86.
Salium Concurſu tertium emergit, XIV. 6. 97.
Sanguis in venis infra & ſupra neſcit, I. 2. 1.
Sapor ſubtilis nonnihil nauſeoſus ex ochra & nitro mixturam indicat, X. 18. 65.
Sapor ſub dulcis nonnunquam acido ſulphuris acidulatur, X. 18. 65.
Saturatæ particulæ efferveſcentes, item & abſentia ſulphurearum cauſa ſunt frigoris aquarum medicatarum, IV. 16. 28.
Scoriæ à metallis depauperatæ in aëre denuo metalleſcunt, VI. 7. 38.
Sexus qualis ad thermas ſit aptior? XVI. 6. 114.
Sex res non naturales quare ſic dicantut? XX. 2. 141.
Symptomata thermali cura utentibus triplici ſunt in Differentia, XIX. 1. 131.
Solares radii ignei deprehenduntur, VI. 6. 38.
Solis radii in pulverem fuſcum vel purpureum collecti, VI. 5. 37.
Solis & lùnæ in ſublunaria poteſtates, VI. 4. 34.
Solutio Corporum duplex, XIII. 34. 92.
Solutiones continui conſolitantur, XV. 22. 109.
Somnolentiæ cauſa & remedia, XIX. 5. 133. & 134.

Somnus & Vigilia alterantim ſe invicem excipiant, Cap.XX.§.11. 147.
Somno promovetur digeſtio, ibid.
Conſopiuntur graviora animi pathemata & dolores, ibid.
Spiritus univerſalis aëreus eſt Ens quoddam Sulphureo-Mercuriale Nitroſæ indolis, VI. 2.35.
Spiritus ſulphuris per Campanam præparatus eſt aëris Soboles, VI. 2.36.
Spiritus Vini digeſtus cum alcalibus rubeſcit, X. 10. 62.
Spirituaſcentia promovetur, XV. 11. 104.
Spirituum vitium, XV. 4. 101.
Spiritus torpeſcentes ad Motum provocantur, XV. 12. 105.
Spiritus nimium mobiles coërcentur, XV. 13. 105.
Spiritus univerſalis aëreus noſtras ingreditur thermas, X. 29. 74.
Spiritus univerſalis eſt in omnibus rebus, ſed ſpecificatus, VI. 14. 42. & 43.
Spiritus univerſalis virtutes medicæ, XIII. 49. 96.
Studium ſanitatis quid ſit? XX. 4. 142.
Sulphur aureum probatur eſſe in thermis noſtris, X. 33. 76.
Sulphuris aurei noſtras thermas ingredientis Mirus effectus, X. 31. 75.
Sulphuris Definitio & Syntheſis, XIII. 24. 90.
Differentia, XIII. 25. 90.
Sulphuris uſus medicus, XIII. 26. 27. & 28. 91.
Sulphuris anodini virtutes aliis, copulati, XIV. 10. 98.
Sulphuris geneſis, Cap. II. §. 15. Pag. 15.
Sulphur non eſt cauſa caloris thermarum, IV. 4. 23.
Sulphuri auri puriſſimum eſt. X. 28. 71.
Sulphur, etiam purum putreſcens gravi odore nares ferit, X. 28. 72.
Sulphura & oleoſa cum aquis mixta albeſcunt, X. 12. 63.
Sulphuris flores naturaliter ſublimati in ſcaturigine thermarum inventi, IX. 15. 55.
Superius eſt id quod eſt inferius, VI. 7. 38.
Symptomata quædam remedia, poſtulant, alia ſpontè evaneſcunt, XIX. 3. 132.

# T.

Tempus anni balneis accommodatiſſimum, XVI. 3. 112.
Terra Alcalina ex deſtillatione aquæ pluvialis reſidua ſal aëris attrahit, III. 2. 21.
Terra vitrioli exanimata in aëre regeneratur in vitriolum, VI. 10. 40.
Terra ſalſa optimè elixata ſalſedinem ſuam à ſale Hermetico in aëre fluctuante intenſiorem recuperar, II. 22. 18.
Terra argillacea circa ſcaturigines reperibilis Crucibulum in fluxu ſine læſionis ſigno penetrat, X. 15. 64.
Terra Budæ contermina nitroſa eſſe deprehenditur, X. 16. 65.
Terra calcinea de natura lapidis calaminaris eſt. X. 21. 66.
Terræ Budenſis diverſitas, X. 8. 61.

Terra pinguis & argillacea ditiſſimas profert ſegetes, Cap. VI. §. 12. Pag. 41.

Terra argillacea alcali continet, III. 3. 21.

Terræ nativum frigus non eſt cauſa, ſtigidatis aquarum mineralium, IV. 14. 26.

Terræ Rubræ in Monte S. Gerhardi inventæ anathomia, X. 13. 63.

Thermalem curam quod temperamentum facilius ſufferat? XVI. 5. 113.

Thermæ quales potabiles, XVII. 11. 120.

Thermæ variæ potabiles manuducunt nos ad thermo-potationem noſtrarum thermarum, XVII. 3. 121.

Thermæ potatæ non ſubvertunt ventriculum ſicut alia aqua calida, XVII. 5. 122.

Thermapotatio non omnibus ſuadenda, XVII. 17. 125.

Thermarnm uſus particularis quadruplici eſt in Differentia, XVIII. 1. 127.

Thermis non ſtatim ob quamcunque cauſam valedicendum, XIX. 2. 132.

Thermarum uſum præſcribenti reſpiciendum ad idioſyncraſiam, XVI. 8. 114.

Thermæ longè plures Budæ quondam erant. quàm nunc ſunt, VIII. 1. 49.

Thermæ quondam ſupra Budam, VIII. 2. & 3. 49.

Thermarum ſupra & infra Budam Veterum Nomenclatura, VIII. 4. 50.

Thermæ ſub Monte Gerhardi à Regionibus diſſitis frequentiſſimè in opem infirmorum vocatæ, Cap. VIII. §. 8. Pag. 51.

Thermæ Budenſes neceſſariis ad uſum hominis inſtructæ quinquè numerantur, IX. 1. 52.

Thermæ ſub Monte S. Gerhardi delineantur, IX. 3. 4. & 5. 52. & 53.

Thermæ Civiles deſcribuntur, IX. 6. 7. & 8. 53.

Thermæ Raſcianicæ viſuntur, IX. 8. 9. 10. & 11. 54.

Thermæ Hoſpitales deſctiptivè proponuntur, IX. 12. 13. & 14. 54. & 55.

Thermæ Cæſareæ deſcribuntur, IX. 15. & 16. 55. & 56.

Thermarum uſus præpoſterus optatum non conſequitur effectum, X. 2. 59.

Tinctura Martialis rubra infuſione gallarum nigreſcit, X. 33. 76.

Tonus partium ſolidarum naturalis, recuperatur, XV. 20. 108.

Tophacia Materia ad margines aquæ thermalis ejecta ex pyrita, lapide calcario & ochra conſtat, X. 20. 66.

Tephus Saxeus circa thermas naſcitur, IX. 16. 56.

Tritum tempus concoctionis ventricularis in particulari aſſignare per difficilè ſi non impoſſibilè eſt, XVI. 15. 116.

## V.

Varii Authorum ſenſus de Mineralium aquarum generatione, II. 19. 16. Refutantur, ibidem.

Vege-

Vegetabilia quænam ad noſtram admittantur culinam? Cap. XX. §. 7. Pag. 144.

Ventus nihil aliud eſt, quàm aër plus minusvè comotus & agitatus, I. 8. 4. & 5.

Accipitur in ſacris ſæpiùs pro aëre, ibidem.

Vigiliæ & ſomnus modum excedentes, morborum cauſa, XX. 11. 147.

Variæ earum cautelæ, ibid.

Diſtributionem alimenti promovent, ibidem.

Vinum quale balneantibus eligendum, XX. 10. 146.

Virtus calefactiva potentialis uſum thermarum internum non interdicit, XVII. 6. 122.

Viſcerum incaleſcentiæ cauſa & remedia, Cap. XIX. §. 14. Pag. 139.

Vitia ſuperficiei tolluntur, XV. 21. 109.

Vitrioli Geneſis, II. 15. 15.

Vitriolum ſeu ſal primum mineralium generandi principium eſt, II. 13. 14.

Vitriolum imaturum, X. 10. 62.

Vitriolum Veneris vel Martis ope ſpiritu ſal compoſitum inſtar ſalis tartari in aëre liqueſcit, II. 23. 18.

Vomitus Cauſa & remedia, XIX. 14. 139.

Urinatores aquæ pondus non ſentiunt, I. 7. 4.

Österreichische Nationalbibliothek
+Z183616408

